





P. 30. num. 27.

8/1

778,1

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
FATIS
STATV ET CONDITONE
VSVSERVCTVS MATERNI
IN HASSIA

PER
NOVISSIMAM PRAESERTIM HANC AEVI RECENTIORIS EPOCHAM
AD HAEC VSQVE TEMPORA

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO
DNO FRIDERICO II
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

PRaeside
D. AEM. LVD. HOMBERGK ZV VACH

SERENISSIMO IN REGIMINE AB INTIMIS VTRIQVE CELSISSIMAE
DOMVI HASSIACAE IN IVDICIO AVLICO A CONSILIIIS
IVRIS PROFESSORE PRIMARIO

AD DIEM XXX APRILIS ANNO MDCCLXXVIII
PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI

H. L. Q. C.
ILLVSTRIVM ACADEMIAE PROCERVVM EXAMINI
SVMITTIT

CHRISTIAN. HENR. GVIL. HOMBERGK ZV VACH
MARBVRGENSIS

MARBVRGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA



P. 24.





PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
GEORGIO LENNEP

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
HASSIAE LANDGRAVIO

A CONSILHS INTIMIS ATQVE IN REGIMINE
QVOD CASSELLIS EST

PROCANCELLARIO

MAECENATI

SVMMA REVERENTIA

SVSPICIENDO

STVDIORVM HASCE PRIMITIAS

DEVOTA MENTE

D. D. D.

TANTO NOMINI

ADDICTISSIMVS

CHR. HENR. GVIL. HOMBERGK ZV VACH



CONSPECTVS DISSERTATIONIS

- §. I. *Introitus.*
- §. II. *Causae fere omnes unde ususfructus maternus in Hussia provenit, in hunc usque diem subsistunt, neque enim evanuit l. potestas parental.*
- §. III. *Neque II. communio bonorum utpote quae superflua est, et quidem non solum partcularis quoad adqueatium,*
- §. IV. *Quod probatur, tum quoad rusticos et burgenes communem negotiationem exercentes,*
- §. V. *Quam quoad alios, qui communem negotiationem cum marito non exercent,*
- §. VI. *Sed etiam ratione communione bonorum universali, argumento successione coniugum, cum consuetudinariae et legalis,*
- §. VII. *Quae probatur exemplo terrarum Principatus Hersfeldensis,*
- §. VIII. *Et aliarum Hassiae civitatum, saltem legitima praesumptione,*
- §. IX. *Tum pactitiae,*
- §. X. *Quo imprimis pertinet formula Leib an Leib, Gut an Gut, in pactis dotalibus saepe obita.*
- §. XI. *Nec non formula Hutbey Sebleyer, Sebleyer bey Hutbey, vari maxime usitata.*
- §. XII. *Neque III. ius devolutionis, quod viget saltem praesumptione.*
- §. XIII. *Neque IV. Prolio prolium, cuius usum bodievrnum experientia loquitur.*
- §. XIV. *Neque tandem V. leges Hassiae huc spectantes.*
- §. XV. *Hactenus itaque usumfructum maternum sublatum esse nullo conclusit.*
- §. XVI. *Nam vero alia ratio ne id contigerit? quaeritur, eoque*

aque de causa mores et iura,
quae circa tutelas antebac ob-
tinuerunt, in memoriam re-
uocantur.

§. XVII. Insignem illa passa
fuisse mutationem, quando-
quidem I) exoleuit tutela se-
xus.

§. XVIII. II) Inuuluit aduoca-
torum et procuratorum usus
more Romano.

§. XIX. Cessauere etiam III)
iudicia duellica, in quibus
masculo opus.

§. XX. IV) Intuitu feudorum
seruitia militaria non prae-
stantur.

§. XXI. Denique V) eo deuen-
tum est, ut mater etiam ci-
uilitate possit defungi tutela
liberorum instar masculi.

§. XXII. Quod tamen cum ipsa
Constitutione iudicii Camera-
lis contigisse probari nequit.

§. XXIII. Perstitit potius tute-
la materna naturalis fructua-
ria una cum tutela masculo-

rum ciuili innumeris locis se-
paratim in suo vigore.

§. XXIV. More Romano uero
mater uicua legibus Imperii
uix citius anno 1570 ad tute-
lam masculorum ciuilem ad-
mitti coepit in Germania.

§. XXV. Quod serius tamen,
ut uidetur, in Hassia factum


§. XXVI. De effectibus huius
immutationis, quatenus in
fauorem matris vergunt.

§. XXVII. Primo effectus insi-
gnis se exserit in eo, quod in-
stas masculi sola etiam ad tu-
telam ciuilitate admitatur.

§. XXVIII. Secundo, quoties
in iudicio experiendum pro-
curatorem mandato ipsa
constituit.

§. XXIX. Tertius in causis
feudalibus, quarum ratione
curatore feudali (dem Lebn-
vormund) non est opus.

§. XXX. Quartus ratione ser-
uitiorum militarium ex feu-
do olim praesfeudorum, quae
mater



*mater tutrix hodie ex rediti-
bus feudi aere praestat.*

*atque redditio, quarum ultra-
que posthabita.*

§. XXXI. *Effectus huius muta-
tionis, quae in praevudicium
matris vergere videntur, re-
censentur.*

§. XXXVIII. *Neque denique
VI) residui et bonorum pu-
pillarium finita tutela a ma-
tre promissa restituito.*

§. XXXII. *Vnde tandem ex-
surgit quaestio, num in Has-
sia tutela illa materna iuris
Germanici fructuar a plane
sit sublata et conuersa in Ro-
manam illam civilem?*

§. XXXIX. *Ad dubium a vi
iuramenti defunctum respon-
detur.*

§. XXXIII. *Quod negatur. Ne-
que enim I) obstat factum
constitutionis, quae fit a ma-
gistratu.*

§. XL. *Atque in hoc statu res
tutelaris permansit in Hassia
vsque ad annum MDCCLI et
MDCCLIV.*

§. XXXIV. *Neque II) iura-
mentum, quo mater obstrin-
gitur.*

§. XLI. *Quo tempore non so-
lum inuentaris confessio a ma-
tre exigi, sed etiam annua
rationum redditio urgevi coe-
pit.*

§. XXXV. *Neque III) renun-
tatio secundarum nuptiarum
et Senatus Consulti Velleiani
cum hypothecae constitutione
comuncta.*


§. XLII. *Quod seuerius factum
mandatis nouis ab Aduocatis
Fisci anno MDCCLVII ad
magistratus inferiores dire-
ctis.*

§. XXXVI. *Neque IV) Inuen-
tarij confessio.*

§. XLIII. *Successit nouissima
FRIDERICI II. Constitutio,
qua res omnis tutelaris ordi-
natur, anno MDCCLXVII.*

§. XXXVII. *Neque V) matris
iniuncta rationum confessio*

§. XLIV.



- §. XLIV. Constitutione hac omnia dubia ratione iuris materni atque tutelae maternae sublata non esse, quod probatur 1) interpretatione concipientis.
- §. XLV. II) Protocollis vifitationis Advocati Fisci Castellani, eaque occasione sequenti resolutionibus Consilii sanctioris.
- §. XLVI. Collegia Regiminum interim sequuntur praxin novissimam institutis maiorum non convenientem.
- §. XLVII. Unde de fatiis, statu et conditione bodierna vusfructus materni in Massia facilius inducare,
- §. XLVIII. Quam perturbatis eius rationibus parare medicinam.
- §. XLIX. Ut vero certum ius statuatur commune omnium esse votum.
- §. L. Conclusio.




DISSEKTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
FATIS
STATV ET CONDITONE
VSVSFRVCTVS MATERNI
IN HASSIA

PER
NOVISSIMAM HANC Aevi RECENTIORIS EPOCHAM
AD HAEC VSQVE TEMPORA.

§. I

INTROITVS

 Quem ex monumentis et documentis aevi ANTIQVI, MEDII et RECENTIORIS eruimus vsumfructum maternum, eum etiam huc vsque in HASSIA perstitisse, nec vel lege aliqua contraria, vel consuetudine notoria

A

toria

toria haecenus exolenisse, ostendere iam con-
 stitutum est. Ad quam quidem commentatio-
 nis nostrae partem cum progredimur, ante
 omnia iam disquirendum videtur, num causae,
 unde vsusfructus maternus, tanquam ex fonti-
 bus totidem nobis deriuari posse visus est, per
 NOVISSIMAM hanc aevi recentioris EPOCHAM,
 in hunc vsque diem perdurent? an potius
 quocunque modo de medio sublatae fuerint?
 Iam per seculum et dimidium fere post consti-
 tutum in Imperio anno MCCCXCV. augustum
 camerale iudicium, a cuius fundatione aevi re-
 centioris initia repeti consueuerunt, adeoque
 longe serius, quam Ius Romanum eum in mo-
 dum caput extulit, causas, de quibus dictum
 est, nihilo secius subsistisse in Hassia, satis a-
 bundeque probauimus. Iam ad haec nostra
 descendamus tempora, et quis vsusfructus ma-
 terni per nouissimum hoc temporis interual-
 lum status fuerit, hodieque sit, dispiciamus.

§. II

CAUSAE FERRE OMNES VNDE VSVSFRVCTVS MA-
 TERIVS IN HASSIA PROVENIT IN HVNC
 VSQVE DIEM SVBSISTVNT NEQVE ENIM
 EVANVIT I. POTESIAS PARENTALIS

Respiciamus itaque ante omnia ad POTESIAS PARENTALEM, prout ea ex principiis Iuris Germanici vtrique parenti est communis, et in Hassia speciatim eam communem fuisse, peculiari dissertatione nuper euictum dedimus. Eam vero potestatem, cum aevo antiquo, medio et, vti visum superius, bona ex parte etiam recentiori viguit, nec in dubium vocata fuerit, naturali ratione oritur praesumptio, eam matri etiam per nouissimam hanc aevi recentioris epocham in hunc vsque diem relictam, nec vlla ratione ademptam esse, donec contrarium probetur. De potestate Germanica nobis sermonem esse, minime de Romana, non est, vt denuo moneamus. Potius est, quod notemus, sicut mater nullam potestatem Iure Romano in liberos habet, moribus Germaniae et Hassiae vero aequae ac pater illa pollet, ita potestatem illam, qua hic solitarie gaudet,

det Iure Romano, immalescente eius auctoritate noua quidem, quod factum forte, cepisse incrementa, maternam autem potestatem hac ratione nullo decremento esse deminuram, hinc vero potestatem parentalem, quatenus Germanica est, vtrique parenti permanisse communem. Quibus ita comparatis sponte sequitur, effectus etiam huic potestati esse relinquendos, vnde mater vidua illam continuat sola, iure vsusfructus gaudet, liberis, quod iure Romano non potest, pupillariter substituit et quae sunt alia in dubium non vocanda.

§. III

NEQVE II. COMMVNIO BONORVM VTPOTE QVAE
SVPÉRSTES EST ET QVIDEM NON SOLVM
PARTICVLARIS QVOAD ADQVAESTVM

Quae ALTERA est vsusfructus materni
caussa, BONORVM COMMVNIO conubialis,
eam in Hassia euanuisse, sunt, qui sibi persua-
deant, atque omnem vsusfructum maternum
cessare, inde concludunt. Sed caueamus nobis,
ne, praecipiti iudicio statuamus, quod ita se
non habet. Procedamus distincte, et commu-
nionem

nionem particularem ab vniuersali, quarum v-
traque vsusfructus materni causa esse potest,
separemus. Atque illam quidem ab antiquo in
Hassia vniuersi, res est extra controuersiam iam
pridem posita. Quae vero eius probandae
caussa a nobis sunt adducta, paucis in memo-
riam renocare fontesque strictim recensere li-
ceat. Vsum scilicet communionis, quoad AD-
QVAESTVM et respectiue vsu fructum pro-
bauimus 1) sententia, quam anno 1413. tula-
rat LVDOVICVS PACIFICVS, (a) Hassiae
Landgrauus, 2) STATVTIS CASSELLANIS
(b) de 1529, 3) CONCEPTO IVRIS PROVIN-
CIALIS HASSIACI (c) REINHARDI SCHEF-
FERI, 4) constitutione WILHELMI, (d) RE-
LATIONIBVS CIVITATVM Hassiae superio-
ris ad LVDOVICVM TESTATOREM (e) de

A 3

1572

- (a) SENTENTIA LVDOVICI prout extat in DISSERTATIONE NOSIRA de habi-
tu vsusfructus paterni, prout hodie in Hassia foret, tam Je-
cundum Ius Nat. cet. Sect. III. S. XVII. pag. 112 seq.
- (b) STATVTA CASSELLANA de 1529. *ibid.* pag. 122.
- (c) CONCEPTVM IVRIS PROVINCIALIS HASSIACI Lib. IV. Cap. 29.
- (d) CONSTITVTIO WILHELMI de 1497 Tom. II. der Sammlung Hessischer Landesordnungen pag. 23.
- (e) RELATIONES CIVITATVM ad LVDOVICVM T. in der Marburgischen Beytrae-
gen P. III.

1572 6) argumento a VICINIA vtriusque Hassiac (f) defūto, 7) aliis documentis, quae nouissime ad nostras peruenierunt manus, et quidem ratione vrbis WITZENHVSANAE de anno 1529, vrbis HOFFGEMARIENSIS de anno 1571, TREFFVRFENSIS de anno 1596, WOLFHAGEN-
SIS de 1614. 1617. (g) Ad finem itaque se-
culi decimi sexti clarissimae suppetunt huius
consuetudinis tanquam obseruantia vigentis
probationes. Deinde, quantum ad recentiora
tempora attinet, eam in hunc vsque diem le-
ge aliqua expressa abrogatam esse, nemo affir-
mare ausus fuerit. Sed nec desuetudine eam
exoleuisse, est certissimum. Prouocare denu-
o licebit ad CONCEPTVM IVRIS PROVINCI-
ALIS HASSIACI, cuius toties mentionem fe-
cimus. Illud quippe non solum manifestissime
probat, eo tempore, quo DIVI FRATRES il-
lud confici iusserant, communionem bonorum
particularem per vniuersam Hassiam, quatenus
vniuersalis

(f) DISS. NOSTRA de ba- *Hassia atque diuersis eiusdem*
bitu vsufructus paterni et. causis speciatim de commissione
pag. 153. bonorum et. § XVIII. §. XX.

(g) DISSERTATIO NO- *§. XXII. §. XXIV.*
STRA de vsufructu materno in

vniuersalis communio non obtinuit, moribus
 haecenus vignisse, verum etiam ad **DIVI CA-**
ROLI felicissimum regimen pertigisse, nec eo
 durante sublaram esse. Quod vt recte intelli-
 gatur, haud quidem ibimus inficias, ius illud
 prouinciale circa finem seculi **XVI**, adeoque
 iam pridem, esse confectum, at non promulga-
 tum; sed nosse et considerasse maximi momen-
 ti erit, inde ab eo tempore vsque ad **CAROLVM**
 et sub **CAROLO** serenissimorum **LANDGRA-**
VIVORVM auspiciis omni studio hoc actum esse,
 vt conceptum illud Iuris Prouincialis, quod huc
 vsque placuerat, tandem vltima lima perpoli-
 tum, prodiret, propositum hoc vero exitu qui-
 dem caruisse, sed tamen eo res deuenisse, vt
 praeter *promulgationem* ad consummationem
 nihil desideratum fuerit, hinc vero pateat, con-
 suetudines, quas conceptum comprehendit, huc
 vsque vignisse. Subiunximus eum in finem nu-
 perae Dissertationi ex **GEISSIO** nostrate **PRO-**
OEMIVM, quod **CAROLI L.** nomen praefert et
 procul dubio ab his, quibus eius rei cura fuit
 commissa, litteris mandatum est. Sic vero non
 sine ratione statuere licebit, Iuris huius Pro-
 uincialis

uincialis promulgationem non esse penitus sepositam aut obliuioni traditam, sed tantum suspensam, adeoque quiescere mores vero antiquos eo stabilitos SERENISSIMOS LANDGRAVIOS hactenus minime voluisse abrogatos.

§. IV

QVOD PROBATUR TVM QVOD RVSTICOS ET
BVRGENSES COMMVNEM NEGOTIATIONEM
EXERCENTES

Huc vsque itaque communionem bonorum particularem inter coniuges neque exoleuisse, neque abrogatam fuisse, pro certo statuimus. Neque iudicium hac in re nos fallere exinde comprobatur, quia eam vel post fata CAROLI, non obstante Iuris Romani auctoritate, indubia obseruantia viguisse, probari potest, et quidem si NOBILES solos, de quibus alibi, ad momentum exceperis, indistincte, sine vilo status et conditionis discrimine. Prouocare nobis, quantum ad hos, qui communem negotiationem exercent, liceat ad RELATIONES in Collectione DECISIONVM SVMMI TRIBVNALIS

CONDITIONE VSVSER. MAT. IN HASS. CEV. ¶

NALIS CASSELLANI obuias, (a) quia ad ipsas LEGES RECENTIORES, quibus nituntur, ORDINATIONEM nimirum PROCESSVS NOVISSIMAM de a. 1745 §. 38 39 et quam eam secutam vidimus INTERPRETATIONEM AUTHENTICAM. (b) En verba LEGISLATORIS d. §. 38: *Naechst dem sollen zu bebung alles bis dabey obgewalteten ZWEIFELS Mann und Frau, wann selbige GLEICHE HANDTHIERUNG treiben, und der GEWINN IH- NEN ZV NUTZ VND NAHRUNG komt, eins für das andere PFANDBAR und die gemachte schuld ZVSAMMEN zu bezahlen schuldig seyn.* Nititur haec sanctio Constitutione WILHELMI III. de anno 1497 §. 28 cuius hic est tenor: *Wann Eheleuth SAMENHAF- TIG, oder jedes besonders ire SCHVLDT ZV BEZAHLEN schuldig ist. GEWANDSCHNEI- DER und KRAEMER die zum KRAME, GE-*

B

WOEL-

(a) Videantur DECISIO. pag. 29 et num. 20 pag. 33
 NES CASSELL. TOM. I. DEC. DEC. CCIII. num. 9 pag. 137
 XX num. 6. DEC. LIII. DEC. CCXXXIX. pag. 249 DEC.
 num. 2 pag. 208 DEC. CLII. CCCXXV. p. r. r. r.
 num. 3 et 7 pag. 651 TOM. (b) Vid. infra sub (c) et
 II. DEC. CLXXVII. num. 2 (d).

WOLFF oder LADEN sitzen, und GEMEINES KAVFFES
 und VERKAVFFENS warten, auch WECHSEL
 und OFFEN GAST geben, oder WIRT, die ge-
 meiniglich FREMDE LEVT pflegen zu BEHER-
 BERGEN, und auch die so zu OFFEN MARCKT
 sitzen, und zu HANDELN pflegen, auch so
 Mann und Weib ihre HANDTHIERVNG ZU
 GEMEINEN und IHR BEIDER GEWERBE, NAH-
 RVNG und NVTZ fürnehmen, in sollichen und
 dergleichen faellen auf erkaentniß des Rich-
 ters, so spenne darin entstünden, SOLLEN
 MANN und WIEB BEIDERSEIT ZV BEZ H-
 LEN verpflichtet sein, doch also, daß die Frau
 an solcher gemeiner Handthierung mit IHREM
 MANN GLEICHEN GEWINN nehmen und ent-
 pfahen. Iam, vt ad sanctionem priorem re-
 uertamus, nullam quidem, fatemur, aut ac-
 quaestus, aut communionis alicuius bonorum
 mentionem facit LEX POTENTISSIMVS, sed
 vtrumque tamen supponit. Qui enim quaestio
 oriri vel dubium moueri potuisset, num v-
 xor obaerati debitoris pro rata teneatur ad
 solutionem debitorum constante matrimonio
 contractorum, nisi in casu contrario acquae-
 stum

stum consuetudine sibi vindicasset vxor, si communio nulla huc vsque obtinuisset? Vtrumque vero, scilicet tam acquaesctus quam aeris alieni communionem diserte loquitur allegata WILHELMI constitutio, ex qua nouissimam hanc sanctionem interpretandam esse diximus. Ne vel vllum dubium superfit, iam rationem habeamus INTERPRETATIONIS AVTHENTICAE WILHELMI VIII. H. L. d. 19 Decembr. 1752 quam subiungere e re duximus, (c) in qua di-

B 2

VVS

(c) INTERPRETATIO AVTHENTICA GVILIELMI VIII d: 9 Decembr. 1752: Nachdem in der von Unsers in Gott ruhenden Herrn Bruders des Königs in Schweden Majestät Hochbelebten Gedächtniß anno 1745 ausgelassener Proceß-Ordnung bey dem 38ten Spbo zweifelhaft geschienen, ob die Creditores, wann zwey Eheleute mit einander gleiche Handtbiervung getrieben, als da sind Gewandtschneider, Kramer die zu Gewerbe oder Kyam sitzen, oder gemeinen Kaufs warden, Wechseler, Brauer, und Bierbrencker, offene Wirthe, die weiniglich fremde Leute und

Gaeste halten auch die zu offnem Marcket sitzen oder zu handeln pflegen cet. und dabero nach der bereits anno 1497 von Unsern Vorfahren Christmildster Gedächtniß, gemachten Verordnung eines vor das andere pfandbar seyn, in einem entstandenen Concurß den Beweiß zu überneymen verbunden, daß der Frauen sowohl als dem Mann der Gewinn zu Nutz und Nahrung kommen sey; So erklaeren Wir hiermit nochmals, und wollen daß in obigen und dergleichen Fällen gedachte Creditores mit keinem ferneren überflüssigen und mehrtheils schweben

VVS PRINCEPS ad constitutionem WILHELMII IIII modo allegaram, quae et communio-
nem et acquæstum diserte loquitur, se refert,
antiquam vero illam ordinationem, tanquam
legem vsu et auctoritate valentem supponit.
Accessit vltior interpretatio aauthentica FRI-
DERICI II d. 17 Martii 1767 in qua expresse
acquæstus

*schwebren Beweiß beladen, son-
dern die gemeinschaftlich ge-
machte Schulden von beyderseits
Eheleuten gesamter Hand be-
zahlt werden sollen, weiln aus
ihrer vorerwehntermaassen ge-
triebenen Handhierung die
wellige Vermuthung entsethet,
dass der Gewinn ihnen beyden
zum Nutz und Nahrung kom-
men. Allenfalls aber bleibt de-
ren Ehefrauen nach Anleitung
des 30ten Art. besagter Proceß-
Ordnung sich in zeitn dagegen
zu vermahnen, frey und ohne
Wahnen.*

*Wornach sich Unser Oberap-
pellations-Gericht, Regierung
und Cantzleyen, oder wen es
sonst angehet, unterthanigst zu
achten wissen werden. Cassell
den 9ten Dec. 1752.*

Wilhelm

VI. CALCKHOFF

Vltioris illustrationis
caussa addere hoc loco li-
ceat, quae nonnisi summa
cum reuerentia nobis nomi-
nandus beatus Academiae ne-
strae Curator Dn. DE CANN-
GIESER sub dato Cassell den
4ten Jun. anno 1772 ad nos
rescripsit: Unser seel. Herr
Cantzler CALCKHOFF hielt
die Verordnung de anno 1497
so sehr pro lege normali, daß er
in verschiedenen Sachen den dar-
unter nicht informirten Refe-
renten votando selbst darauf ver-
wiesen, und bey dieser Gelegen-
heit sich noch, wiewohl meines
erachtens, ohne genugsamen
grund, auf den HERING de
fideiuss. Cap. VII num. 108 au-
thoritati loco bezogen hat etc.

acquæstus mentio fit et communio non solum supponitur, sed etiam obligatio vxoris ad solutionem aeris alieni pro dimidia clarius determinatur. (d) Quæ cum ita sint, dilquisiuit iuuabit, quibus demum rationibus REX SVETICAE H. L. fuerit permotus, vt legem illam ferret? Quandoquidem, si eam non tulisset, idem tamen ius, quod iam pridem viguerat, etiam

B 3 iam

(d) INTERPRETATIO AVTHENTICA vterius FRIDERICI II. H. L. in ordinatione nouissima VON VERBESSERUNG DES IVSFITZWESENS de 1767 § XXVII verbit: Und da bey dem 38ten §. gedacht. r Proceß Ordnung über das darinn befindliche Wort: PFANDBAR. verschiedentlich Zweifel entstanden ist, ob eine Frau, DIE MIT IHREM MANN GLEICHE HANDTHIERUNG TREIBT, DIE DVRIANDE MATRIMONIO GEMACHTE SCHULDEN ganz oder nur zur Haelfte zu bezahlen habe? so declariren und erläutern wir sothanen §. der selbst redenden Billigkeit nach also und dahin: daß wann zween Eheleute miteinander GLEICHES GEWERBE treiben, als da sind Gewand-

schneider, Kramer, die zu Gewolbe oder Kram sitzen, oder gemainen Kaufs wirten, Hoecker, Wechsler, Brauer und Bierchencker, offene Wirthe, de gemeinlich fremde Leute und Gæste halten, auch die zu offenem Marckt sitzen, oder zu bandeln pflegen, cet. und überhaupt REGVLARITER alle BÜRGER und HAVERN, als bey welchen ordentlicher weise der Gewinn beeden Eheleuten zu Nutz und Nahrung komt, eine solche Ehefrau, da sie gleichwohl nur die HAELFTE VOM ERWERB lucrirt, auch nur für die HAELFTE der wachrenden Ehestands contrahirten SCHULDEN einzustehen verbunden sey, insofern sie nicht der ihr vermoege §. 29 der Proceß-Ordnung zuge lassenen Vorsehung sich bediener

iam porro obtinere oportuiffet. Quemadmodum enim communio aquaeftus fupponit communionem bonorum particularem, haec vero ita comparata eft, vt *communione aeris alieni* durante matrimonio contracti, nec non obligationem ad eius folutionem coniunctam habeat, (e) neque haec moribus Germaniae ab ea poffit feperari: iam quaefueris, (f) quid demum in cauffa fuerit, vt REGI POTENTISSIMO huiusmodi fectio promulganda vifa fuerit? Refpondetur: *Obferuantia*, qua inualuerat, vt vxores *acquaeftum*, fi coniugibus quis obtigiffet, participarent, contrario vero cafu fi res minus feliciter eueniret et aquaeftus omnis ceffaret, creditorumque concursus exoriretur, ipfae ad folutionem *aeris alieni* nihil contribuerent, fed *dotem* et *illata iure praelationis* et ex *privilegio* fibi

(e) Notemus hic verba ERWERBS theil genommen. REPRERENTIS TOM. II. DEC. muß ſie auch das INCOMMODO. CASSELL. CCCXXVI num. II. DVM die bezahlung der SCHULDEN mit tragen beiffen. pag. 722 Der aquaeftus praefupponiret eius COMMVNION und SOCIETAT. Hiervon (f) ESTOR ET HOERMANN participiren beyde Theile vom in der Rechtsgelahrtbeit der lucro et damno, und da Appel- Teutſchen Tom. I. S. 739 et lantin an dem COMMODO des Tom. III. S. 739.

sibi vindicarent; maxima iniuria maximoque cum damno reliquorum creditorum, quos vel publica hypotheca munitos excludebant, teste IOANNE IACOBO FRANCKE, *Aduocato tum Cassellano clarissimo*; quod non tolerandum, ea maxime ratione quod vxores ita quidem lucri participes fierent semper, incommodum vero ferrent nunquam, quod sane, etsi ex regulis societatis rem ne quidem aestimaueris, tamen est iniquissimum atque ab omni aequitate plane abhorrens. Habes genuinam causam nouae sanctionis, qua vt per omnia prospiceretur saluti subditorum, hoc addidit LEGISLATOR §. 39 *Will aber die Frau auf den künftigen ERWERB wählenden Ehestandes RENVTTIREN* (itaque ius quaesitum vxori eventualiter in *acquaesum* concessum, nec ei hactenus id ademptum esse, omnes vident) *und das Ibrige BESONDERS vor sich behalten*: (id quod continuationem et propositum ab ea abstrahendi vel recedendi supponit) *so bleibt solches zwar zu ibrer freyeren WILLKÜHR gestellet, jedoch mit dem Beding*

(R) FRANCKE in *Dissert. quæstum herentur* §. 2 *Mat. Quatenus vxores in Hassia ac Burgi* 1747.

ding, daß sie entweder bey der **BHEBEREDVNG**, oder doch so lange noch **RES INTEGRA** und der Mann **SOLVENDO** ist, ihre Willensmeinung deutlich declariren und in foro competente ad acta geben, oder wenigstens ein **Instrumentum publicum** von glaubhaften Zeugen darüber errichten lassen mag. Quod itaque paragraphi huius tenor confirmat, aquaestus coniugalis est atque bonorum communio conubialis eorundemque inter coniuges non reiecta, sed agnita et stabilita hoc ipso obseruantia, de cuius abrogatione ne cogitasse quidem **LEGISLATOREM**, plus quam manifestum est. Nimirum, cum antecedente paragrapho ipse disposuisset, vt ne vxor, si de aquaestu, qui moribus ipsi competere supponitur, participare velit, se exemptam putet a *communione aeris alieni*, iam disertis verbis cauit, quid agendum sit vxori, si res suas sibi *separatim habere*, atque *privilegio dotis et illatorum* frui velit, scilicet: vt *renuntiet aquaestui*, et quidem *tempestiue*, in pactis dotalibus, vel si *durante matrimonio* sibi prospicere voluerit, saltem antequam maritus soluendo esse non desierit. Quae cum ita
sint

sint, non potuimus non mirari, qui quibusdam visum fuerit, nullam bonorum communicationem in Hassia locum habere. (h)

§. V

QVAM QVOAD ALIOS QVI COMMVNEM NEGOTIATIONEM CVM MARITO NON EXERCENT

Atque de illis quidem dictum est satis. Iam ut de his etiam dispiciamus, qui cum marito communem negotiationem non exercent, ordinis ratio iubet. Id quod fit tanto difficilius, quanto implicatior atque obscurior est legum antiquorum sensus, recentiora vero instituta vix percipiuntur, nisi intellectis antiquis. Iam antiquiorem sanctionem CONSTITVTIONE WILHELMI III de anno 1497 promulgata non habemus. In ea vero concipienda, quisquis sit, cui id negotium datum fuit, minus feliciter versatum esse omnes vident. Si mentem eius rite assecuti sumus, TITVLO XXVII

C

sub

(h) Si notae huius nobis detur venia, non distimulatur, nos respexisse ad iudicium, quod tulit, nobis, quisquis sit, suspiciendus caeteroquin REFERRENS. *Dec. Cassell. cx num. 3 pag. 454. Magis aridet votum CORRECTIVIS ibid. n. 14 pag. 455.*

sub rubro: *von Eleuthen und irem gut, die obne geding zusammen kommen, (a) generatim agitur de omnibus coniugibus, adeoque etiam de his, qui communem negotiationem non exercent, absque respectu ad alios qui eam exercent, atque sancitur: vt coniuges bona omnia, tam illata, quam acquisita haberent communia ad dies vitae, alterutro vero sine liberis demortuo superstes in possessione solitaria permaneret, eoque pariter defuncto, bona omnia deuoluerentur in haeredes proximos ab intestato vtriusque coniugis atque aequaliter (quod communicationem vtriusque patrimonii indicat) inter eos diuiderentur. Sequenti TITVLO XXVIII vero: Wann Eleut-sammenhafftig oder jedes besonder in schuld zu bezahlen schuldig ist. Agitur speciatim de coniugibus communem negotiationem exercentibus, qui, vt paragrapho antecedenti vidimus, disertis verbis vocantur ad communionem aquaestus et aeris alieni. Vnde, si rem omnem vnice aestimare volueris, non poteris non argumento a contrario*

(a) VOLLSTAENDIGE SICHEN LANDESORDNUNGSAMMELUNG DER HESSISCHEN Tom. I. pag. 33. 35.

contrario sensu petito concludere: reliquos, qui communem negotiationem non exercent, neque de aquaestu participare, neque oneri aeris alieni persolendi subiici, verum sua quemque coniugem bona separatim sibi habere. Sed caue putes ita quidem rem confectam esse. Inspiciendus ante omnia TITVLVS XXXVII eiusdem CONSTITVTIONIS sub rubro: *von versumenten hab und von erbschaft derselben* et conferendus cum superioribus. LEGISLATOR hoc Titulo non, vt TITVLO XXVIII de coniugibus *communem negotiationem exercentibus*, sed generatim de *communione bonorum* inter coniuges loquitur, et *quae bona sint communia* declarat, *illata* scilicet et *acquisita*. Deinde de successione, tam in casu *exstantium*, quam *deficientium liberorum*, nec non de *usufructu coniugis superstitis*, disponitur. Tandem ad casum, vbi vidua ad *secunda vota* transitura est, se conuertit, atque necessitatem *separationis* illi iniungit, hoc etiam addito: vt, si coniux *praedefunctus* aes alienum *ante matrimonium* contractum reliquerit, hoc ex bonis *ipius propriis*, vel his deficientibus ex *bonis*

communibus exsoluantur, vt reliqua iam mittamus. Adeo vero obscuritate laborat haec factio, vt passim iustum sensum fundere non videatur. Sed quidquid sit, bonorum communionem connubialem non tantum inter coniuges communem negotiationem exercentes, sed etiam inter reliquos talem non exercentes, in Hassia obtinuisse, ex lege hac probari omnino potest. Sin aliis nihilominus secus videatur, hos inspicere iubemus CONCEPTVM IVRIS HASSIACI PROVINCIALIS DIVORVM FRATRV M TIT. XVIII §. 7 (b) vbi mater ad secunda vota transitura, cum liberis dividere iubetur, ad *acquæstum* vero non solum vocatur, sed etiam ad *aes alienum* pro rata soluendum adstringitur: quem locum ad hos, qui communem negotiationem exercuerunt, saluis regulis bonae interpretationis, nemo restrinxerit. Si adhuc animi pendeas, consuetudo, ceu optima legum interpres, omne eximet dubium. Iam vero vsque ad promulgatam anno 1745 ORDINATIONEM PROCESSVS NOVISSIMAM obseruantiam

(b) Prout exstat apud GEI- TATIONI adiunctum est TIT. 3IVM. et superiori DISSERT. XVII. ET TIT. XX §. 1. 2. 3.

obseruantiam ita tulisse, vt coniuges omnes *indistincte*, etiam communem negotiationem non exercentes dimidiam aquaestus participarent, testes sunt REFERENS ET CORREFERENS in caussa K. C. K. verbis: *Nachdem aber doch die Regierung welcher die Landesgewohnheiten und rechte am besten beandt seyn müssen, in ihren rationibus decidendi als NOTORISCH angenommen, daß in vorigen Zeiten die frauens indistincte vom Erwerb participiret, cet.* (c) Haecenus itaque discrimen illud tanti visum non est, vt iuris diuerstatem induceret. Num vero nouissima sanctione Processus id contigerit, iam videamus. Et sunt, quibus ita videtur, *Und überhaupt, (sancit LEGISLATOR §. 40) haben alle die frauens, welche mit ihrem Mann KEINE GLEICHE HANDTHIERUNG treiben, und demnach an dem, was selbiger acquirirt, nach dessen absterben, die HELFFTE zu LVCRIEN gedenken, vor ihrer Verbeyrathung, und auf die weise wie im vorhergehenden §. versehen, sich anbeifschig zu machen, daß*

C 3 sie

(c) In collectione DECISIONVM SVNMI TRIBVNALIS CASSELLANI Vol. 11 Det. CLXXXVII num. 3 pag. 29.

ſie die STANTE MATRIMONIO gemachte ſchul-
den bezahlen und das INCOMMODVM benehſt dem
COMMODO tragen helffen wollen, widrigenfalls
obgehindert aller widrigen gewohnheit nach
GEMEINEN RECHTEN zu ſprechen iſt. Quo
quidem ex loco hoc confici poſſe nonnulli ſibi
perſuadent, vxoribus, qui communem nego-
tiationem non exercent, quales ſunt, Litera-
ti, Officiales, Paſtores, Praeſecti, Doctores,
Profefſores, Conſiliarii et eminentiori dignita-
te conſpicui, ad aquaeſtum nullum ius eſſe,
ſed, ſi pro dimidia eum participare velint, il-
las pacto eiufmodi ius ſibi acquirere, intention-
em ſuam mature declarare, atque ad ſolutio-
nem aeris alieni pro rata ſe adſtringere debere:
quod ſi facere neglexerint, indicandum eſſe ſe-
cundum ius commune, quo aquaeſtus omnis
cedit marito. Qui vero verba legis et aeſti-
mandam inde mentem LEGISLATORIS attentius
ſcrutantur, facile animaduertent, eum in hunc
modum rationes ſuas non ſubduxiffe. Optime,
nili omnia nos fallunt, verum ſenſum ſan-
ctiōnis aſſecutus eſt et dilucide expreſſit
REFE-
RENS in cauſa K. C. K. verbis ſequentibus:
Daß

Daß dieselbe (PROCESSORDNUNG) wegen des ERWERBS DER WEIBER PRIMARIO NICHTS NEUES disponiret, sondern nur, wie die Weiber wegen bezahlung der schulden des Mannes sich verhalten sollen, reguliret und zwar INCIDENTER §. 38 anführet, daß unter Eheleuten die GLEICHE HANDTHIERUNG TREIBEN der gewinn beyden zu nutz und nahrung gebe; ingleichen §. 40 zwar verordnet, was die frauens zu thun haben, wann sie mit ihrem Mann NICHT GLEICHE HANDTHIERUNG treiben, und dennoch nach absterben des Mannes die helffte von dem acquæstu lucriren wollen; nemlich, daß sie vor der verbeyrathung declariren sollen, daß sie das commodum mit dem incommodo übernehmen und auch die in ihrer ehe contrahirte schulden bezahlen wollen: N. B. gleichwol durch alles dieses das vorige IVS STATVTARIUM, vermoege dessen auch die WEIBER, so KEINE GLEICHE HANDTHIERUNG mit dem Manne treiben VON ERWERB PARTICIPIRET, NICHT AVFHEBT, sondern vielmehr BESTAERCKT, und wann ja in dem §. 40 solches auf gewisse weise gegen die creditores MODIFICIRT ist, diese MODIFICATION jedoch

jedoch nicht retro auf des appellanten mütter zu ziehen, als deren ehe laengst vor dieser Proceßordnung geschlossen gewesen, und durch ihren Todt schon wieder dissoluiert ist cet. (d) Quibus, sicut ipsa iubet ratio, ex vero adoptatis, quaeuis euanescent dubia. Supposita autem *communione bonorum particulari*, argumentum ad *usufructum maternum* ex Ordinatione Processus petitum, restringere cum ratione nemo tentauerit. Quin si, quod factum non est, *communione quoad adhaesum* saltem, ratione coniugum, qui communem negotiationem non exercent, sublatum esse, velis statuere, ad *usufructum maternum* tamen inde concludere periculolum foret. (e)

§. VI

SED ETIAM RATIONE COMMVNIONIS BONORVM
VNIVERSALIS ARGVMENTO SVCCESIONIS
CONIYGV M CVM CONSVETVDINARIAE
ET LEGALIS

Atque de particulari bonorum communi-
one, indeque fluente usufructu materno di-
ctum

(d) IBIDEM *num.* 4 *pag.* PROVIN. HASSIACI *Tit.*
29. 30. XX. §. 1, 2, 3.

(e) Conf. CONC. IVRIS

Etum est satis. Sed vniuersalem etiam in Hafsia ante hac non exulasse, sed passim obtinuisse, et hodie etiam diuersis locis supersitem esse, docemur ab effectu, nimirum obseruantia SUCCESSIONIS CONIUGVM, quae ex COMMVNIONE BONORVM trahit originem, eamque vti plurimum supponit. Quamuis enim non negem, successionem coniugum pro arbitrio superiorum etiam lege, statuto vel pacto priuatorum auiis quoque ex causis posse induci: tamen, vbiunque locorum successio coniugum vtu valet, ibi, quoad eam aliunde descendisse probatum non fuerit, illam ex communione bonorum, tanquam ex fonte originario primum profluxisse, deinde consuetudine obtinuisse praesumendum est, quamuis et postea lege vel statuto confirmata fuerit. Quantum ad principia, in partes merito vocamus Viros celebratissimos IOANNEM PETRVM DE LVDEWIG, (a) CHRISTIANVM GODOFREDVM HOFFMANN, (b)

D

IOAN-

(a) I. P. DE LVDEWIG in *Differentiis Iuris Romani et Germanici in successione coniugum*, in append. p. 64.
 GODFREDVS HOFFMANN in *Diff. de communione bonorum coniugum naturae atque essentiae*, Francof. 1730.

(b) CHRISTIANVS GO-

IOANNEM PAVLVM KRESSIVM, (c) I. F. S. DE BOEHMER, (d) HEINECCIVM, (e) FRIDERICVM WILHELMVM PESTEL, (f) I. S. PÜTTERVM, (g) IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW, (h) qui rem omnem ex principiis demonstrant. Deinde, vbi deficientibus liberis successioni coniugum, non forte vsus, sed lex vel statutum auctoritatem dedisse videtur, nihilominus rationes legislatoris causasque mouentes in primordiali connubii qualitate et Germanorum genio tam diu ponere iubet ratio, donec contrarium probetur. Etsi tandem ita concludere nollem: communio viget, ergo et coniux superstes, in casu deficientium liberorum bona defuncti retinet; attamen in casu inuerso: successio coniugum vniuersaliter viget, ergo communio

(c) IOHANNES PAVLVS KRESSIVS §. 293. *Lib. II. Tit. IX. §. 262.* de *acquitate successiois coniugum*, Vitembergae 1726.

(d) IOANNES SAMVEL FRIDERICVS DE BOEHMER in *Diss. de ratione decidendi controversias circa portionem statuariam* §. IV. Halae 1749. 117.

(e) HEINECCIUS in *Elem. Iur. Germ. Lib. I. Tit. XII.*

(f) ERID. GVILIELMVS PESTEL in *Tractatu de successione coniugum* Cap. I §. 6. pag. 22. *seq.*

(g) I. S. PÜTTERVS in *Elem. Iur. Germ. §. 362. pag. 117.*

(h) DE SELCHOW in *Elem. Iur. Germ. Lib. II. §. 472.*

munio bonorum eatenus obtinet, vt coniux succedat, consequentiam agnouerim.

§. VII

QVOD PROBATVR EXEMPLO TERRARVM PRIN-
CIPATVS HERSFELDENSIS

Ne vero, quantum ad haec, quae viuimus tempora, attinet, dubitationi locus sit, mores consideremus HERSFELDENSES, quos etiam hodie instar legis valere et obseruari non est ambiguum. Nimirum, vt ex actis nouimus, viget in his terris *notoria* atque *toties probata consuetudo*, qua coniuges pactis dotalibus non confectis, nec testamento apparente in casu matrimonii improlis sibi inuicem ex assē succedunt, vel si maus, coniux, qui superuixit, omnia bona quae durante matrimonio fuerant vtriusque coniugis, post mortem alterius pleno iure sibi solus retinet, cum facultate, tam inter viuos quam per ultimam voluntatem libere de iis disponendi. (a) Ius vero hoc antiquissimum, vt dictum est

D 2

supra

(a) Cum de HERSFELDENSIBVS moribus peculiaris opella opere hoc finito agere constitutum sit, in his tan-

tisper acquiescimus. Ne vero absque documento hic discadamus, testimonium interim producimus

supra, originem habere ex *communione bonorum vniuersali*, quam supponit, fatis conitat, atque eodem ex fundamento ipsam hanc *communione*

producimus Illustris EDVARDI HENRICI GRVSEMANNI, Consilarii Hassiaci atque Praetoris Urbis Hersfeldensis meritissimi, ex quo de consuetudine hac liquet. **ATTI STATVM** conceptum est verbis sequentibus:

Daß in allbießiger Stadt Hersfeld seit ubralten Zeiten die gewohnheit eingeführet sich befinde, und NOCH BIS DATO seye, daß, wann ein Ebegatte vor dem andern verstürbe, und durch ein testament oder erwichete Ehepacta nicht ein anderes verordnet worden ist; sodann ztens weder Kinder noch Eltern von dem verstorbenen vorhanden seynd; diesem alsdann der letzte lebend; Ebegatte mit ausschließung aller Collateralverwandten succedire, und diese gewohnheit nicht nur durch verschiedene bey allbießiger Cantzley in sachen Hennens Weissen et Consorten contra Hennens Weissen et Consorten den 17ten Junii 1558 abgeboerte Zeugen erwiesen, mit-

bin darauf durch erbeilten Cantzleybescheid erkannt worden, sontern auch dergleichen in mehreren bey allbießiger Stadtgericht verhandelten rechtsfertigungssachen geschehen, und darauf durch Stadtgerichtsbescheide vielfaeltig erkant: nicht weniger solche erkaenntnisse sowohl von Hochfürstlicher Regierung als Oberappellationsgericht confirmiret worden seyen, wie mir ganz wohl erinnerlich ist; die iurata hingegen mit anführung Tages, Monats und Jahrs wegen sich nicht vorfinden wolenden Acten, nicht angezeigt werden moegen; wird auf gegebenes begehren urkundlich meines Nabmens Unterschrift und vorausgedruckten Stadegerichtssiegel hierdurch att. stiret.

Hersfeld den 17ten August. 1777.

(L. S.)

HENRICH EDVARD
GRVSEMANN

Hochfürstl. Hessischer Rath
und Oberschultheiß daselbst

munionem subsistere in his locis et perdurasse nulli dubitamus. Num vero successio haec in terris Hersfeldensibus RVRI pariter obtineat, ac HERSFELDIAE in metropoli et reliquis Principatus huius locis praecipuis? item: num successio coniugum non solum COLLATERALES sed etiam ASCENDENTES defuncti coniugis in his terris excludat? alia est quaestio, quam hoc loco tractare non est animus. Hoc vero maxime notemus, in successionem coniugum in illis sola consuetudine niti, adeoque ut pactis expressis induatur communio indeque fluens coniugum successio opus non esse, quamuis pacta siue expressa, siue tacita ad declarandam eniorem voluntatem, vel aliis etiam de causis accedere posse haud negemus. Quamobrem in Hassia vniuersalem bonorum communionem, tam quoad vsumfructum, quam quoad proprietatem, ipsa obseruantia, non quidem ybique, verum tamen alicubi locorum superesse iam nemo negauerit.

§. VIII

ET ALIARVM HASSIAE CIVITATVM SALTEM
LEGITIMA PRAESVMTIONE

Ne vero in terris HERSFELDENSIBVS
videamur subsistere, migremus in alias Hassiae
civitates et mores in iis vsitatos consideremus.
Prouocare licebit quoad HASSIAM INFERIO-
REM 1) ad STATVTA CASSELLANA de anno
1413 (a) iuxta quae in ipsa metropoli locus
est successioni coniugum. Id quod manifestus
patet 2) ex STATVTIS CASSELLANIS de an-
no 1529 (c) clarissime vero omnium 3) ex
CONCEPTO IVRIS PROVINCIALIS HASSI-
ACI de 1581-1592 (c) Porro 4) ad mores
diuerforum

(a) STATVTA CASSELLA-
NA de 1413, quarum editio-
nem debemus b. KOPPIO,
cuius praematurum fatum ipso
cum PRINCIPE ET PATRIA
lugemus, et quoad idem subi-
erimus, iugebimus, *von der
gerichtsverfassung in den Hes-
sen-Casselschen Land. n in den
Beylagen zum ersten Theil num.
12. pag. 24.*

Cont. DISS. NOSTRA de
habitu vsusvinctus paterni cct.
111. §. 26 pag. 109.

(b) STATVTA CASSEL-
LANA de anno 1529 apud KY-
CHENBECKERVM in *Anale-
tis Hassiacis Coll. IV. pag. 291.*
Conferatur dicta DISSERTA-
TIO NOSTRA Sect. III. §. XVIII.
pag. 117 seq.

(c) CONCEPTVM IVRIS
PROVINCIALIS HASSIACI
DIVORVM FRATRVM (ap.
XX. §. 1 ex quo apparet, suc-
cessionem coniugum in Hassia
passim obtinuisse.

diuersorum municipiorum, speciatim vrbis HELMERSHAVSEN de anno 1524. (d) Ad ius 5) consuetudinarium ROTHENBURGICVM et VLSENSE in Praefectura SONTRANA de 1560. (e) Item 6) HOFGEISMARIENSE de 1571. (f)

(d) De IVRE HELMERSHAVSANO videatur DISS. NOSTRA de usufructu materno in Hassia atque diuersis eiusdem causis speciatim de communtione bonorum cet. §. XVII. p. 36.

überlessem lassen, Clage und antwort gegen einander geboert, befinden in actis, das keine alte erbgüter, angesprochen werden, oder gebruder oder geschwister gueter cet.

(e) CONSVETVDINES ROTHENBURGICAB, SONTRANA E VLSENSIS, de quibus ibidem §. XIX. imprimis vero in alleg. DISSERT. de habitu usufructus paterni cet. Sect. III. §. XIX. et XX. pag. 125. seq. Addere hic nobis liceat sententiam in Praefectura VLSENSI latam, quam ante hos paucos dies nobiscum amice communicauit V: C. CARE. WILH. LEDDERHOSE de 30 Jul. 20. cet. 60. sequentis tenoris:

Nach dem das solches ein erbar vadt mit befindett, so erkennen die schepffen vnd sprechen vor recht, der ebestandt erbe die angesprochen gueter billiche sein lebelangk vnd nach afgangk seines todes fallen die angesprochen gueter vff beide seiten des Clegers vnd beclagter erben, billich vnd verstehen sich keines bessern actum den. 3ten Julij 20. cet. 60.

Johann Corrampf stt.

Vorstehende Abschrift ist dem im Fürstl. Regs. Archiv vorgefundenen Original gleichlautend. Cassel: am 7ten Dec. 1777.

C. W. Ledderhose,
Rgs. Archivarius.

In sachen Geilen von Iben erben an einem vnd Caspar L in hessen andertheils, haben die schepffen, die acten mit vrbis

(f) Nec non 7) ad consuetudines LIEBENA-
VIENSES de 1595. (g) Item 8) ESCHWE-
GENSES de 1624. (h) Quoad SUPERIOREM
HASSIAM

(f) HOFGRISMARIENSIS
mos, de quo egimus IBI-
DEM §. XX.

(g) CONSVETVDO LI-
BENAVIENSIS de qua actum
IBID. §. XXI.

(h) CON-VETVDO ESCH-
WEGENSIS, quam probauimus
IBID. §. XXIV. Sub-
iungimus pariter Attestatum
quantius pretii de moribus
ESCHWEGENSIVS cum an-
tecedenti nouissime ad nos
periatu, de anno 1608:

Nach Eschwegischem Stadt-
recht

Die Güter so man in vnd
weib in stehender Ehe erwerben
vnd vberkommen, dieselben ste-
hen beiden Eheleuten gemein zu
vnd so einß ohne Kinder stir-
bet, so erobert daß leztleben-
de daß gantz eroberte gubt,
vnd berechtiget furtber damit
seinß neebste erben.

Deßgleichen wirdt es auch
mit der fahrende baabe gehal-
ten, welches abm lezten abm
leben pleibet, es habe Ebelische

Kinder odder nicht pleibet ihm
allene da: fahrende baab, neeb-
lich gelit so nicht im handell od-
der angelegt ist. Sübergeschir,
kiamodia, werckzeugs, kan, troep-
fen, kübe, schweire vnd kalbe
vnd vnter desgleichen fruchte
auf dem Bodten. schulde vnder
verfallene zins wirdt fabr. fah-
rende baab geschiet vnd beweg-
lich guet gehalten.

Daß dieses vorgeschrieben
aus gemeiner STADT ESCH-
WEGEN O TELRVCH abge-
geschrieben, vnd demselbigent
von Worten zu Worten gleich-
lautend, bezeuge ich Gabriel
Stange STAOTSCHREIBER
dasselst cet. Signatum abm 4
Marcii An. 1608

Gabriel Stange

Diese Abschrifte ist einer im
Eßl. Regierungs - Archiv vorge-
fundenen alten Copie gleichlau-
tend. Cassell am 3ten März
1778.

C. W. Ledderhoie.

HASSIAM vigent formulae *leib an leib, gut an gut, but bey schleier*, de quibus mox prius. Pertinent etiam huc RELATIONES CIVITATVM AD LVDOVICVM TESTATOREM H. L. quae successionem coniugum vbique ferme loquuntur. (i) Quae quidem probationes tamen si hanc nostram aetatem non respiciant, sed eam ex parte longe antecedant, hoc tamen efficiunt, vt tam coniugum successionem, quam communionem bonorum, ex qua originem traxit, PRAESVMPTIONE stare fatendum sit, si quidem, quatenus nosse datum est, quaestio: num exoleuerint ambo in discussionem iudicalem nondum venit; hinc vero ei, qui alterutram vel vtramque abrogatam statuit, probationem incumbere necesse sit, vt quoties de valore huiusmodi consuetudinum agitur, recte statuit Ill. FRID. GVILIELMVS PESTEL. (k) Sin nihilofecius dubites, vtrum bonorum commu-
nio *integralis et proprietaria* in Hassia obtine-

E

at

(i) RELATIONES CIVITATVM HASSIAE SVPERIORIS AD LVDOVICVM TESTATOREM H. L. apud ESTOR in den *Marburgischen Beytraegen* P. 111.

(k) F. W. PESTEL in Tract. de *Successione coniugum* Cap. 1. §. 23. solus non vltus enim legem vel consuetudinem non tollit DE LEYSER *spec. IX. med. X.*

at, an saltem *usufructuaria*? quam distinctio-
nem inculcat L. B. DE CRAMER: (1) abstra-
here tantisper liceat a priori, cum vel posterior,
quae usufructui producendo par sit, nobis qui-
dem possit sufficere. Accidit, quod IVS PRO-
VINCIALE DIVORVM FRATRVM, quo suc-
cessionem coniugum abrogatam voluerunt, non
sit promulgatum; communionem bonorum ve-
ro et agnouerint et confirmauerint. De obser-
uantia quae in Praefectura ABTERODA et GER-
MERODA (vulgo das gericht BILSTEIN) vi-
get: vt si neque liberi, neque testamentum, ne-
que etiam pacta dotalia adsint, coniux super-
stes heres sit praedefuncti quoad *mobilia*, quoad
acquaesum et quoad *usumfructum* mobili-
um, testatur D. IOANNES IACOBVS FRAN-
CKE *Aduocatus* quondam *Cassellanus*, (m) v-
bi et Regimen illustre in causa *Petri lungens*
et *cons. von Abteroda*, et *Iacobi Preussen zu*
Wolsteroda, per definitiuam d. 4. Nouembr.
1741. secundum hanc obseruantiam iudicasse
refert.

(1) L. B. DE CRAMER in *Quatenus uxores in Haffia ac-*
den Nebenstunden Part. XXI. quaesum lucentur §. 2. Max-
burgi 1747.

(m) FRANCKE in *Dissert.*

refert. Non quidem, fatemur, hic est sermo de *successione coniugum vniuersali*, sed notasse hoc praeiudicium hoc etiam loco proficuum erit, quo hi, quibus inspiciendorum actorum facultas est, diligentius inquirendi occasionem arripiant.

§. IX

TVM PACTITIAE

Quod si vero successio coniugum, quam passim in Hassia superesse probauimus, in aliis eius ciuitatibus, ac Hersfeldiae, plane non vigeret, vel exoleuisse probetur, aut communionem quoad aquaestum saltem in vsu esse constet, pactis tamen, quibuscunque verbis citra vllam formularum sollemnitatem conceptis, vel certis formulis in pactis dotalibus vsitatis iisdemque inferi solitis, tam bonorum communionem vniuersalem, quam successionem coniugum in Hassia vel hodie etiam posse constitui et valide iniri, ex sequentibus patebit. Quod ergo primo loco statuimus est hoc: pacisci licet. Proximum est, vt videamus, quod pacta huiusmodi quotidie ineanantur, adeoque quod licet, etiam fieri soleat.

E 2

§. X

§. X

QVO INPRIMIS PERTINET FORMVLA LEIB AN
LEIB GVT AN GVT IN PACTIS DOTALIBVS
SAEPISSIME OBVIA

Formula haec, vt alibi aliae, (a) in
Hassia nostra maxime frequentatur, quan-
do *pacta dotalia*, quod saepissime accidit, sub
eadem ineuntur. Id vero cum fit, tories com-
munio bonorum pariter, ac successio coniu-
iugum in casu matrimonii improlis seu deficien-
tium liberorum stabilita intelligitur. Iam pri-
dem in hunc sensum eam explicarunt post RV-
DINGERVM (b) et WEHNERVM (c) IOHAN-

NES:

(a) Pertinet huc e. g. Paroemia: *Wann die decke über dem kopf ist, sind die Ebeluube gleich reich*, EISENHART *grundsätze der Teutschen Rechte in Sprüchwoertern* Sect. III. *Paroem.* xviii. pag. 12; item *Paroemia: Laengstleib, laengst gut*, de qua HERTIVS *Paroem.* 68. GODOFREDVS MASCOV in *Programmate peculiari*, Goettingae. b. CAROL. GOTTL. KNORRE in *den rechtlichen anmerkungen* num. viii. ix. pag. 83. seq. pag. 104. *EVFFENDORFF* *Tom.*

II. *Obs.* lxxv. et *tom. III. Obs.* cxxii. EISENHART l. c. *Sect.* III. *paroem.* viii. *Der letzte macht die thüre zu*, KNORRE l. c. *wer den kopf hat, schiebt den bart.* HERT l. c. *Paroemia* xvii. *Epidipnidis.* *Paroemia* as tamen has et similes quoad sensum plane inter se convenire et vbiq; eadem [v]i pollere non dixerim.

(b) RÜDINGER *Lib. 3. Obs.* 41.

(c) WEHNER in *Theß. pract.* voce *gut*.

NES NICOLAVS HERTIVS (d) atque innumeri alii, quos omnes recensere longum foret. (e) Vfus formulae huius in Hassia maxime elucet ex Constitutione GVILIELMI III HASSIAE LANDGRAVII anno 1497 promulgata, nec non EX RELATIONIBVS CIVITATVM Hassiae superioris ad LVDOVICVM TESTATOREM de 1572 saepe allegatis. Vnde etiam falli patet eos, qui vsum formulae huius ad casum *confectorum pactorum dotalium*, quae vtplurimum conficiuntur apud magistratum, restringunt. Plusquam enim manifestum est, paroemiam hanc maxime locum habere in casu *non confectorum pactorum dotalium*, adeoque vsu loquendi et vi sua latius patere. Audiamus GVILIELMVM l. c. Tit. 27 sub rubro: *von Eeλευταen und ibrem gut, die OHN GEDING zusammen kommen. Wann Mann vnd Frau LEIB vnd GVT OHNE ALL GEDING zusammen bringen, so soll es mit ibrem gut also gehalten werden cet.* Et Tit 37 *Für versammelte hab soll verstanden vnd gehalten*

E 3 ten

(d) IOH. NIC. HERTIVS (e) vid. EISENHART l. c. Vol. II. opusc. Tom. III. p. Sect. II. Paroemia XX. 343. edit. Hombergianae.

ten werden alle die hab'und gut sodann beide Eeleuth, die LEIB AN LEIB vnd GVT AN CVT ge-
beyrathet — So erbet ihr jedes leibliche erben
— oder wo die nicht vorhanden waeren, so er-
ben ander erben in der eigenschafft wie obstehet,
nach laut des ersten gesetzes, unter dem titel:
von Eeleuthen und ihrem gut, die OHNE GEDING
zusammen kommen, cet. Vox gedinge quippe
conditionem significat pacto determinatam,
vnde distinctio inter matrimonia pactis nuptia-
libus munita: die *bedingten Eben*, et matri-
monia sine illis inita, *unbedingten Eben*, de
quibus inprimis videndus Illutris G. F. PESTEL
et Ill. C. F. WALCHIVS. (f) Idem quod ex dicta
Constitutione

(f) Viri illustres FRID. GUIL. PESTEL de *successione inter coniuges ab intestato* Cap. 1. §. XIII. nec non GEORGIUS LUDOVICVS BOEHMER in *Diff. de Iuribus et obligati- onibus coniugis superstitis ex communi- one bonorum vniuersali* §. IX. WALCHIVS in eru- ditissima dissertatione de *communi- one bonorum inter coniuges Mühlbusanos* §. V. pag. 10. et 11. Ienae 1775. vbi distinguit

inter *pacta dotalia*; quae ine- untur vt communionem bo- norum, quae (lege vel con- suetudine) inter coniuges exi- stit penitus tollant, atque ef- ficiant, vt otto concursu cre- ditorum mariti, vxori ex massa, quidquid ipsi deberur, soluen- dum sit, et *pacta dotalia*: quae ipsam communionem (lege vel consuetudine introductam) supponunt, et solum in fauo- rem

Constitutione euicimus, manifestius patet ex
RELATIONE CIVITATIS MARBURGENSIS ad LVDVICVM
TESTATOREM H. L. l. c. p. IO. II. verbis: *Wann
mann und weib zusammenkommen OHNE PACT oder
GEDING, LEIB AN LEIB, GVT AN GVT, cet.* Quibus si-
mililia in reliquis inuenies. Quid ergo dicemus?
Hoc maxime, vt fateamur, hunc loquendi
modum tum praesertim fuisse vsitatum et hodi-
enum esse, cum significare quis velit, coniuges
in eo, quod siue leges, siue consuetudo circa
communione bonorum atque coniugum suc-
cessionem ferat, acquiescere, hinc vtramque
inter eos obtinere, atque hoc ipsum ommissa pa-
storum dotalium confectione declarare voluisse.
Quod itaque libi iam adoptauimus prin-
cipium, Celeberrimi Viri FRIDERICI GVILIELMI PE-
STEL, hoc etiam loco sequimur: (g) Nimirum
proximam causam communionis, non in lege
ipsa, sed in voluntate nubentium ex facto colle-
ctam, sitam esse. Etenim, inquit, *legis et mo-
rum*

rem vxoris eum in finem in-
euntur, vt praeter ea iura
quae ad ipsam ex communio-
ne redundant, vltorius quid

lucetur.
(g) PESTEL II. c. Cap. 1.
§. v. pag. 17. 18.

rum non aliae hic partes sunt, quam ut coniecturam voluntatis suggerant, cum expresse nihil conuenit. *Ecquis enim credat, coniuges eo loco coeuntes, ubi communio fortunarum ad naturam connubii refertur, hunc effectum ratum non habituros, qui cum possent perspicue voluntatem declarare, nihil ea de re paciscuntur. Igitur, si hanc coniecturam vincere velint, pactum, quod vocant pragmatici communionis exclusiuum, contrahant, necesse est.* Deinde usu se-rius inualuisse videtur, vt contracturi matrimonium confirmandae huius consuetudinis causa *confectis pactis dotalibus* declararent, *daß sie LEIB AN LEIB GVT AN GVT zu bringen gemeinet.* Quod cum saepius factitatum sit et fiat, non est, vt de re ipsa dubitemus. Vnde et nihil tam certum, quam quod formula nostra utroque casu consuetudine frequentetur, et posteriori quidem ita, vt communionem et successionem coniugum non tam inducat, quam usu obtinentem confirmet, licet eam et restringere pacto adiecto posse, sit certissimum.

§. XI

NEC NON FORMVLA HVT BEY SCHLEYER SCHLEY-
ER BEY HVT RVRI MAXIME VSITATA

Formulae huius idem, qui superioris, sensus, eademque plane ratio. Quamobrem velut aequipollentes eodem saepe loco ponuntur, quod patet ex RELATIONE CIVITATIS MARGBURGENSIS ad LVDOVICVM TESTATOREM H. L. apud ESTOREM l. c. verbis: *Wann Mann und weib zusammen kommen ohne PACT oder GEDING, LEIB an LEIB, GVT an GVT (oder wie es auf dem Lande heist, HVT BEY SCHLEYER) daß eins das andere uf den fall, da kein kind von ihnen gezeuget, oder sie unter sich verlassen würden, mit seinen gütern, was erworben und fabrende guter seynd, beerbsaelllet, so aber unter diesen gütern auch hinterfaellige güter seynd, dieselbige fallen auf des abgestorbenen Eemenschen nechste freunde zuwück. Es hat aber das überbleibende Ehegemabl seine leibzucht ad dies vitae hieran: quae in sequentibus declarantur vltorius, et cum reliquarum vrbi-um Relationibus, paucis exceptis, conspirant.*

F Conferendae

Conferendae adeo quoque sunt RELATIONES Ciuitatum Hassiae ceterarum, quae sequuntur. Primus omnium in formulae huius sensum ex instituto inquisiuit GEORGIUS HENRICVS WERNERVS, (a) vel potius, qui sub nomine eius latet, IOHANNES WILHELMVS WALDSCHMIDT, Academiae nostrae quondam Procancellarius. Secuti sunt alii multi, qui prout occasio tulit, sententiam suam dixerunt, videlicet: DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH, (b) CAROLVS GOTTLIEB KNORRE, (c) IOHANNES GOTTLIEB HEINECCIUS, (d) IOH. GEORGIUS ESTOR atque I. A. HOFFMANNVS, (e)

I. V.

(a) IOANNES GEORGIUS WERNERVS in Diss. inaugurali de pactis dotalibus sub formula but bey schleier, schleier bey but. Marb. 1714. *rechtliches Erläuterung des Sprüchworts: der letzte thut die thüre zu, in den rechtlichen anmerkungen. Halle. 1752. pag. 87 und 94. seq.*

(b) DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH in Programmate de paroemia but bey schleier, schleier bey but. lenae 1739. *(d) IOHANNES GOTTLIEB HEINECCIUS in Elem. Iur. Germ. Lib. 1. Tit. X. §. 230 not. * pag. 184.*

(c) CAROLVS GOTTLIEB KNORRE in Programmate de paroemia der letzte thut die thüre zu, Halae 1741. und in der *(e) IOH. GEORGIUS ESTOR et I. A. HOFFMANNVS in der Rechtsgelehrtheit der Teutschen Pom. 1. §. 729. und Tom. III. §. 729.*

I. V. DE CRAMER, (f) IOH. FRID. EISENHART, (g) IOH. STEPH. PÜTTER, (h) IOH. HENR. CHRIST. DE SELCHOW, (i) et nouissime omnium IOH. HENR. BÜCKING. (k) Quod formula haec ad communionem bonorum et coniugum successionem respiciat, omnes vno ore fatentur. Solus, quem primo loco nominauimus, IOANNES GEORGIVS WERNERS (l) coniugum successionem quidem hac formula induci affirmat, communionem bonorum vero ea constitui negat: minus idonea allegata ratione: *quod communicio illa contracta videri nequeat, nisi vel de conuentione et consensu ita constet, vel statutum adsit et consuetudo, quae matrimonium ita informet, et ita contra-*

F 2

ctum

- (f) L. B. I. V. DE CRAMER in den Wetzelarischen Nebenstunden Part. XXI. num. 4 pag. 62.
- (g) IOH. FRID. EISENHART in den Grundsätzen der teutschen rechte in Sprüchwoortern Sect. 11. Paroem. XIX.
- (h) IOH. STEPH. PÜTTER in Elem. iur Germ. §. 271.
- (i) IOH. HENR. CHRIST. DE SELCHOW in Elementis
- Iuris Germanici* L. 11. C. 1. Sect. 11. Tit. 11. §. 473.
- (k) IOH. HENR. BÜCKING in der Abhandlung von Ehestiftungen, worin die sterbensjahe durch die redensart hurb bey schleier und schleier bey hurb festgesetzt sind. Marb. 1773.
- (l) IOANNES GEORGIVS WERNER l. c. §. XXII. pag. 23.

Etum censeat, quod coniuges animum intentionemque habuerint ineundi societatem bonorum. In eo quippe omnis cardo vertitur: anne lex vel consuetudo talis in Hassia exstet, quae communionem bonorum inducat atque ita informet matrimonium? Et de consuetudine sat restantur supra dictae Relationes; de lege vero dubitare nos non finit allegata WILHELMI III Constitutio de anno 1497 Tit. 27. cuius hic est tenor, quem integraliter hoc loco exhibere placet: Von Eeleuten und ibrem gut die ohne geding zusammen kommen. Wann Mann und Frau leib und gut (vel quae illa recentior esse videtur formula HVT BEY SCHLEIER) OHN ALLE GEDING zusammenbringen, so soll es mit ibrem gut so sie zusammen bringen, oder mit einander in stehender Ehe gewinnen, also gehalten werden, daß sie das ir lebelang mit einander GE BRAUCHEN und GENIESSEN (en communionem bonorum durante matrimonio pacto nullo expresso inito stabilitam) und so dann eins unter ihnen von tode ohne Leibeserben abgethet, soll das andere bey ALLEN solchen gütern SEIN LEBELANG SITZEN bleiben. (En effectum com-

communione matrimonio finito) und so dasselb
 hernach abgeben wird, sollen die güter GLEICH
 GETHEILET, jedweder seits freunden und er-
 ben, HALB und HALB werden. Doch also
 daß der eigentbum des halben theils auf die
 nechsten freund, die zeit, so das erst, abgegan-
 gen ist, gefalle und werde. (En ergo effectum
 communione etiam post mortem coniugis su-
 perstitis) Quod ergo maxime incurrit in ocu-
 los, ille est multorum error, qui communione
 bonorum et coniugum successione in Hassia lo-
 cum esse negant, nisi conuentio *expressa* desi-
 per iura fuerit. Nouisse enim hos iuuasset,
 paroemiae nostrae vsum maxime pertinere ad
 casum *non confectorum pactorum dotalium*, ade-
 oque ad casum *confectorum pactorum dotalium*,
 quem vulgo vnice prae oculis habent, minime
 esse restringendum. Vnde quae superiori pa-
 ragrapho dicta sunt, von *bedingten* und *obn-
 bedingten* ehen, hoc loco repetenda et appli-
 canda; quo intelligatur: si matrimonium con-
 tracturis limites legis et consuetudinis egredi a-
 nimus non fuisset, eos pacta dotalia nulla con-
 fecisse, idque sibi velle loquendi modum: *leib*

an leib, gut an gut bringen. Enimvero inu-
luit mos, vt *tabulis nuptialibus non confectis*,
personae desponsatae facto tamen quodam vo-
luntatem suam enixius declarare consultum
ducerent. Pertinet huc ritus, quo instante a-
ctu benedictionis sacerdotalis sponsus *pileum
velamini*, vel sponsa *velamen muliebri pileo* su-
per altari adponere solebat, vnde enata formula
loquendi *but bey schleyer*; qua significabant, se
in more maiorum et effectibus eius acquiescere
velle atque communionem bonorum aequae ac
successionem coniugum longo vsu introductam
sibi placere, cum, vt *induceretur* vtraque, ne
ritu hoc quidem, multo minus *paetis expressis*
opus esset. Successionem enim coniugum et
communionem bonorum, quae consuetudine
vigeant, ritu et formula hac antiquiorem ef-
fe, res ipsa loquitur. Sed cum contingeret saepe,
vt matrimonium initari non excludere qui-
dem vtramque *paetis detalibus*, sed tamen pro
arbitrio addendo vel detrahendo aliquid de
more antiquo mutare vellent, *tabulis nupti-
alibus* confectis desuper cauebatur, in reliquis
seruabatur mos antiquus; id quod sibi vult for-
mula

mula tabulis nuptialibus inserta: *im übrigen setzen die verlobte but bey schleyer cet.* quasi dicturi: quoad reliqua se non abhorrere a more antiquo, neque adeo se communionem vel coniugum successionem excludere velle. Formula itaque hodie frequentissima in pactis dotalibus, successit in locum illius ritus, extra casum confectorum pactorum dotalium maxime vsitati. Quae cum ita sint, de genuino formulae huius sensu facile indicaueris, et quod communionem bonorum aequae ac successionem coniugum, si in tabulis nuptialibus occurrat, non tam *inducat*, quam moribus inductam *confirmet*, te conuictum senties. Vnde emendanda, quae alibi statuimus. (m) Neque est, quod aliquem offendat bonorum *iuri reuolutionis* obnoxiorum ratio, quae eo, vnde prouenerunt redire iubentur, quandoquidem hoc communioni bonorum, vt pluribus docuit Illustris FESTEEL, (n) minime obstat. Quod si communionem bonorum nihilocius reuicere velis, quoad

(m) in DASS. de commu- (n) FRID. GUIL. FESTEEL
 nione bonorum inter nobiles et- de successione inter coniuges ab
 nue illustres. exule §. 2. n. pag. 33. intestato Cap. II. §. 8. pag. 29..



quoad *proprietatem*, hinc et *integrale*, tamen, quod sufficit, eam obtinere fatearis necesse est, quoad *vsufructum*. (o)

§. XII

NEQVE III IVS DEVOLVTIONIS QVOD VIGET
SALTEM PRAESVMTIONE

Quod DEVOLVTIONIS IVS in Hassia nostra viguerit et vsufructus materni causa esse possit, superioribus Dissertationibus nos demonstrasse meminimus. Quin circa medium seculi xvii illud vsu seruatam esse, praeiudiciis Illustris REGIMINIS MARBURGENSIS cuiusdam dedimus. (a) Quid ergo? anne exoleuisse illud dicemus? Id quidem videri poterat, si consideraeris inde ab eo tempore nos praeiudiciis rerum in eius fauorem iudicatarum, saltem quoad notitia eorum nos fugit, plane destitui. Verum enim vero, si ponas post medium seculi xvii ad haec vsque tempora praeiudicium nullum pro valore iuris deuolutionis afferri posse, tamen

(o) I. V. DE CRAMER l. de habitu vsufructus paterni
c. pag. 62. cet. Sect. III. §. xxvi. pag.
(a) DISSERT. NOSTRA 149 seq.

men probe obseruandum, quaestionem ipsam, vtrum exoleuerit, in iudicalem discussionem nunquam venisse, adeoque si moueatur forte haec quaestio, pro iure deuolutionis in Hassia superiori militare praesumptionem, atque adeo abolitionem affirmanti incumbere probationem.

§. XIII

NEQUE IV) VNIO PROLIVM CVIVS VSVM HODIERNVM EXPERIENTIA LOQVITVR

De pacto hoc, quo liberi diuersi matrimonii ita vniuntur, ac si ex iisdem parentibus nati essent, vidimus suo loco. (a) Atque pactum illud etiam esse posse causam vsusfructus materni pariter obseruatum est. (b) Obtinuisse illud moribus Hassiae, CONCEPTVM IVRIS HASSIACI PROVINCIALIS DIVORVM FRATRVM (c) aperte tradit, sed tanquam irrationalem consuetudinem ipsum institutum damnat atque abolet. (d) Quo non obstante

G

(a) DISSERTATIO NOSTRA de habitu vsusfructus materni cet. Sect. III. §. XXVII. p. 157.

(b) DISSERTATIO NOSTRA de vsusfructu materno in bonis liberorum secundum ius Germanicum remissive, §. XIX.

p. 38 seq.

(c) CONCEPTVM I. P. H. apud GRISIVM Lib. IV. Cap. XXII. §. 1. seq. pag. 476.

(d) DISSERTATIO NOSTRA de vsusfructu materno in Hassia et diuersis eiusdem causis

obstante pactum hoc in sequentibus et nouissimis his, quae vix praeterierunt, annis, auctoritate iudiciali adhuc inutum et confirmatum esse, hinc vsu seruari, ipsis rerum testimoniis comprobauimus.

§. XIV

NEQUE TANDEM V) LEGES HASSIAE HVC SP
CTANTES EXOLEVERVNT

Quemadmodum itaque fontes hactenus indicati, vnde vsufructus maternus deriuari consuevit, minime exaruisse dicendi sunt, ita nec LEGES HASSIACAS huc spectantes aliquis abolitas esse putet. Sane CONSTITVTIONEM WILHELMI III. ANNO MCCCEXCVII promulgatam, qua vsufructus parentalit vterque maxime stabilitus fuit, INTERPRETATIO AVTHENTICA WILHELMI VIII §. 38 *der neuesten Proceßordnung* de 1745, quae hanc anno 1752 infecuta est, minime reiicit, sed tanquam vsu valentem supponit, atque verbis disertis se ad eandem, qua talem, saltem in hoc articulo refert. Copiam eius fecimus supra. (a) Quod

si, *communione bonorum cet.* (a) vid. *supra* §. 10. not. §. XVIII. pag. 79. Marburgi (c).

si cum illa coniunxeris memoratum saepe CON-
 CEPTVM IVRIS PROVINCIALIS HASSIACI
 superiori Dissertationi adiunctum, quod cum
 constitutione WILELMI III supra laudata con-
 spirat: de veritate rei facile te conuiceris. RE-
 LATIONES CIVITATVM Hassiae superioris,
 quarum toties mentionem fecimus, etsi iuris
 scripti auctoritate non polleant: tamen ceu te-
 stimonia de iure consuetudinario in his terris
 hoc loco in censum venire posse, facile intelli-
 gitur.

§. XV

HACTENVS ITA QVE VSVFRUCTVM MATERNVM
 SVBLATVM ESSE NEMO CONCLVSERIT

Quae cum ita sint, praecipiti iudicio ne-
 mo a cessatione caussarum argumentum ducat
 ad cessantem effectum, quasi defectu earum et-
 iam usufructum, qui inde profluxit, deficere
 oportuerit. Perdurant enim fere omnes.
 Quamuis enim ius deuolutionis et prolium uni-
 onem, quae cum reliquis huc referre visum
 est, frequentius olim praebuerint ansam v-
 usufructui parentali, atque ius deuolutionis ho-

die vigere nobis aliter quam praesumptione statuere non liceat, reliquas tamen causas supra relatas, tanquam fontes totidem superesse, nobis quidem sufficere poterit. Deinde caueamus, ne argumento a cessatione causarum desumpto nimium fideamus, quandoquidem in omni iurisprudentia saepissime contingit, ut reiectis principiis, conclusiones tamen, quae tanquam ex causa sua et fonte inde deriuatae erant, retentae fuerint. Quo supposito insolens adeo videri non poterit, si dicamus cessantibus materna potestate in liberos, communiōe bonorum, quarum utramque tamen superesse vidimus et reliquis causis sublatis, effectum nihilominus, scilicet vsum fructum maternum ex mera aequitate retineri et saluum esse potuisse.

§. XVI

MVM VERO ALIA RATIONE ID CONTIGERIT?
 QVAERITVR EAQVE DE CAVSSA MORES ET
 IVRA QVAE CIRCA TVTELAS ANTEHAC
 OBTINVERVNT IN MEMORIAM
 REVOCANTVR

Difficilioris inspectionis est problema an-
 ne alia ratione, alioque ex capite exoleuisse di-
 cendus.

cendus sit vsusfructus maternus? Qua in re vt
 cum successu nos expediamus, iura et mores,
 tam antiqui, quam recentiores, circa tutelam
 praesertim maternam in memoriam reuocanda
 erunt, quo, facta eorum inter se collatione de
 tutela pariter ac vsufructu materno, quatenus
 hodiernis moribus conuenit, iudicium ferri
 possit. Agnouerat scilicet Hassia aequae ac vni-
 uersae Germania, sicut olim Roma ipsa I) TU-
 TELAM FEMINARVM PERPETVAM propter
 imbecillitatem sexus, quo efficiebatur, vt mu-
 lier nullam haberet *personam legitimam standi*
in iudicio absque tutore, (a) quo adeo ne in
 suis quidem rebus, quas licite ceteroquin ad-
 ministrabat, carere haud poterat. Non admit-
 tebatur, II) quod nemo ignorat, *procurator*,
 mandato domini pro arbitrio constitutus, sed
 partium erat comparere in iudicio, quae, si per
 leges non possent, v. g. mulier propter sexum,

G 3

impuberes:

(a) D. GODOFREDVS REI- MANNVS in der *Bürgerlichen*
SE in fundamentis tutelarum *Rechtsgelährtheit der Deutschen*
legitimarum ex iure antiquo, *Part. II. Cap. 123 p. 421 seq.*
medii et recentiori electoralii §. *nec non Part. III. Cap. 123*
p. 2. et 20. Ienae 1745 B. S. *pag. 596 seq.*
 STOR. atque illustris ROER-

impuberes propter aetatem, *tutoribus* opus erat, qui vicem personae subirent, et dicebantur *Vorsprecher*, vel *procuratores*, ast non in sensu Iuris Romani, sed Germanici, quasi *Vormunder*. (b) III) Mater, quod vnusquisque intelligit, ceu femina, *duellicis certaminibus*, quibus arduae causae iudicis auctoritate decidebantur, (c) aeque ac *militaribus seruitiis*, ratione feudi praeflandis, omnino impar et reputabatur et erat, hinc masculo opus, qui salua *tutela materna*, subiret illam *ciuilem*, siue legitimam, siue datam. Qua quidem ratione IV) *illa matris tutela naturalis*, quae *potestate* absoluebatur, a *ciuili* propinquorum vel aliorum tutela erat separata; sic quidem, vt dum fundamentis

(b) IDEM *l. c.* §. 2 3 4 Singulare est, quod iure SV-
SATENSI ANTIQVISSIMO Commentario pag. 99 Vbi
Art. XXVII Clericus et mul- notes, quod in editione, quam
lier, si de mobilibus agatur, debemus Illustri HÄBERLI-
absque procuratore etiam ad- NO exstat, (sub num. 20 pag.
mittantur in iudicio, in quo 24. Conf. HEINECCIUS in
alias personam legitimam stan- *Elementis Iur. German. Lib.*
di non habent: sin de *mobili- III. Tit. II. §. 92.*
bus quaestio fuerit, non nisi
procuratore adhibito, ad quem
locum vide, quae notauit THE-

(c) IDEM REISE *l. c.* §.
§ 6.

(d) IDEM *l. c.* §. 19.

damentis suis nixae subsisterent et coexisterent ambo, atque illam quidem mater, hanc masculi gererent, altera alteram non tolleret.

§. XVII

INSIGNEM ILLA PASSA FVISSE MUTATIONEM
 QUANDO QUIDEM I) EXOLEVIT TUTELA
 SEXVS

Enimvero omnia fere haec maiorum instituta recesserunt ab usu, et mutata plane est rerum facies, vnde maxima iuris incertitudo. Ex quo enim cessare inceperunt rationes, propter quas mater *tutela* liberorum fungi non posse existimatum fuit, eo tandem deventum est, vt masculis ad illam praecise opus non videretur. Exolevit videlicet, si Saxoniam atque alias quasdam regiones excipias, (a) per Germaniam speciatim in Hassia nostra, TUTELA SEXVS. Cum enim moribus Germaniae antiquis, et apud Graecos quondam atque Romanos feminam nullam rem sine *tutore* peragere posse, exploratum esset, seposito hoc principio, in alia omnia

(a) Recenter earum haud numero earum HASSIA, in paucas DN. DE SBLCHOW qua tutela sexus ab usu dudum recessit.
 in Elem. iur. Germ. §. 195 not. 3 pag. 226. Sed eximenda ex.

omnia iam pridem itum fuit et sicut Romani, vt constat, seriori aevo locum amplius non dederunt tutelae feminarum perpetuae: ita apud Germanos magnam partem contigit idem. Quo ipso *feminini sexus conditio* hoc consecuta esse videtur, vt instar masculorum absque curatore *rebus suis* superesse posse videretur atque in hoc par esse coeperit vtriusque sexus conditio. Quo tempore illud singulis in prouinciis contigerit, non definimus. Forte illic maturius, alibi serius. Ad Hassiam vero quod attinet, aut fallimur, aut recentiori aevo vestigia eius rei deprehendimus in ipso testamento PHILIPPI MAGNANIMI Hassiae Landgrauii, (b) quo edocemur, eum tam coniugi suae MARGARETHAE VON DER SAEL, quam liberis ex ea susceptis, tutores constituisse. Tutelam sexus vero illius intuitu in mente habuisset. Serenissimum Testatorem, persuadet ratio. Ecur enim viduae illustri opus fuisset tutoribus, nisi et ipsa illis indigere visa esset? Interim tutelam sexus in Hassia, tum temporis, vt olim

(b) apud celeberrimum CVM SCHMINCKE in *Monim. CHRISOPHORVM FRIDERI. Hassiac. Part. IV. pag. 617.*

lim, vsitatum adhuc fuisse, non dixerim. Iam nosse sufficiat, quod exoleuerit aeque ac illa maritalis, vti satis patet EX ORDINATIONE IUDICII AVLICI HASSIACI. (c) Quid ergo? Num imbecillitas sexus feminei ita conuersa est in praestantiam, vt, differentia omni sublata, moraliter pares euaserint vtriusque sexus facultates? Et hoc quidem si vel maxime haud afferamus, in ipsa tamen hac mutatione inter reliquas sitam esse arbitramur rationem, cur foeminae iam, vt antehac, non amplius a iudiciis et actibus in iis peragendis plane exclusae videri potuerint, sed in his, quibus ipsae minus sufficere

H

ficere

(c) ORDINATIO IUDICII AVLICI HASSIACI Tit. vi. §. 9 verbis: nachdem sich auch offermahl befindet, daß die maenner von ihrer Ebeweiber wegen in derselben sachen die Procuratores zu constituiren, und zwar ohne alle habende Gewalt (itaque formula: uxorio nomine, qua haftenus vi tutelae maritalis utebantur, sufficere ab hoc tempore desit) sich anmassen, dahero zwischen den Procuratoribus je bisweilen viel

streits entsetzet, so sollen die Procuratores hiemit erinnert seyn, daß sie sich von den WEIBERN SELBST constituiren lassen, (en ergo mulieribus concessam facultatem suo nomine constituendi procuratorem in iudicio) oder da maenner vor ibrentwegen banden wollen, daß sie alsdann genugsame Vollmacht von ihnen vorlegen und ad acta vringen lassen, und Krafft derselben alsdann Procuratores SUBSTITUIREN.

ficere viderentur, mandato procuratores constituere et per alios rem peragere possint.

§. XVIII

II) INVALVIT ADVOCATORVM ET PROCVRATORVM VSVS MORE ROMANO

ADVOCATOS etiam antiquissimis temporibus, multo minus medio aevo, fuisse plane exclusos a iudiciis, norunt omnes et satis hoc euictum est a HEINECCIO. (a) PROCVRATORES etiam penitus non exulasse apud Germanos, idem satis probavit, cum iis carere non possent ob formularum et iudiciorum sollemnia, (b) sed ita tamen, vt a iudice essent petendi et impetrandi. (c) Verum Iuris Romani et Canonici auctoritate tandem contigit, vt munus advocatorum et procuratorum, fortissimo fulcro fere priuati cuiusque voluntate stare coeperit in Germania, vt CHRISTIANVS GOTHOFREDVS HOFFMANNVS (d) atque HEINECCIUS (e)

(a) HEINECCIUS in *Element. Iur. Germ. Lib. III. Tit. articulum cxlii pag. 165.*

II. §. 78. 93.

(b) IDEM *ibidem* §. 84 §. 94. 95. 96.

(c) EMMINGHAUS *l. p. ad*

(d) CHRISTIANVS GOTHOFREDVS HOFFMANN in *Diss. de origine et conditione procuratorum*

(e) itidem luculenter commonstrarunt. Et quid, inquis, hoc ad rem? Hoc maxime, vt intelligamus, qui factum fuerit, vt mulieres tam cauffis propriis, quam liberorum etiam absque curatore sexus, vel propinqui, aut dactui tutoris per alios mandato instructos agere potuerint in iudicio; id quod temporis tractu effecit, vt hodie non dubitetur, quin mater, quocunque titulo ipsa administret tutelam, tam proprias, quam liberorum cauffas per procuratores a se constitutos, in iudicium recte deducat.

§. XIX

CESSAVERE ETIAM III) IUDICIA ILLA DVELLI-
CA IN QVIBVS MASCYLO OPVS

Videlicet notissimus est mos antiquus, quo in arduis cauffis duellico iudicio decertandum erat. Qui de hoc more existunt scriptores, illorum praecipuos, praeter laudatum EMMINGHAYSIUM, (a) recensuerunt b. ESTOR at-
H 2 que

procuratorum, nec non eorum (a) EMMINGHAYSIUM in Com-
progressu in foris Germaniae, ment. ad ius Susatienfium anti-
Halae 1716. quiffimum, Art. CXVII. p. 144
(e) l. c. §. 59. 100. 101. seq.

que Illustris HOFFMANNVS. (b) Modum ipsum, quo decertabatur, describere hoc loco ad institutum non pertinet. Sed cum mulier nulla, hinc vero nec mater tutrix, ad pugnam procedere posset, viro opus erat, qui pupillarum causas ageret. Primae hic *propinquorum*, seu *tutorum legitimorum* vices; deinde aliorum. (c) Verum, ex quo mos ille evanuit, neque adeo duellica iudicia tolerantur amplius, haud infima sane cessare coepit ratio, propter quam mater ante hac ad civilem hanc masculorum tutelam non poterat adspirare.

§. XX

IV) INTYIV FEVDORVM SERVITIA MILITARIA
NON PRAESTANTVR

Cum feudorum collatione coniunctam fuisse obligationem vasalli ad praestanda *servitia militaria* inter omnes constat. Cui quidem rei cum feminae essent inidoneae, adeoque nec mater illis subeundis par existimaretur, proximum

(b) ESTOR et HOFFMANN 6176 pag. 96; ibique citati.
in der *bürgerlichen Rechtsge-* (c) *IBIDEM* Tom. III §.
larbeit der Teutschen Tom. I. 906 pag. 619.
§. 1377 pag. 565. Tom. II. §.

mum agnatum, velut *tutorem legitimum*, vices eius ex analogia morum Germaniae succipere oportebat, quo nomine tutela haec erat fructuaria. Enimvero ex quo tempore vasalli, ea, qua olim, ratione non coguntur in turmas equestres, adeoque nec equitatum domini directi hoc sensu constituunt, neque ita deducuntur in aciem, sed potius *militia mercenaria*, nec non *adaeratio seruitiorum* equestrium inualuit, salva illa obligatione ad fidem vasalliticam: hoc etiani impedimentum, quod matri obstabat, de medio sublatum est, vt iam inter causas exclusiuas tutelae maternae referri nequeat, cum et ipsa mater *onera feudalia* ex bonis ferat, neque adeo hodie tutor feudalis, nisi aliud mos vel lex iubeat, constituatur.

§. XXI

DENIQUE V) EO DEVENTVM EST VT MATER ET
IAM CIVILITER POSSIT DEFVNGI TVTELA
LIBERORVM INSTAR MASCVLI

Quae denique moribus Germaniae solis masculis propria erat tutela legitima et civilis, a naturali illa matris tutela erat separata: cum

H 3

hac

hac quidem mater vidua, illa vero propinqui, vel alii, a magistratu constituti tutores masculi fungerentur. Ast temporis tractu inualuit, vt mater sola absque contutoribus civilem illam tutelam administret, vel, si contutores etiam petat, vel accipiat, et ipsa tamen inter legitimos connumeretur, quin reliquis sola praeferatur. Qua de re, vt pluribus agamus, res ipsa iubet.

§. XXII

QVOD TAMEN CVM IPSA CONSTITVTIONE IVDICII CAMERALIS CONTIGISSE PROBARI NEQVIT

Vt vero, qua ratione id euenerit, luculentius pateat, ante omnia nosse oportet, initio *aeui recentioris* et fere per seculum, quod insectum est, de matre a magistratu tutrice constituenda, hoc effectu, vt masculino opus non esset, vix cogitatum fuisse. Nimirum, vt pluribus haftenus euicimus, tutela illa matris naturalis per Germaniam illi sufficere poterat ad administrationem bonorum et fructuarium commodum inde percipiendum. Vt vero constitueretur tutrix a magistratu, neque lex vlla, vel consuetudo requirebat, cum talis esset natura. Ita

Ita iuramenti praestatio, inventarii confectio, rationum redditio, quoad ipsa non praeferreret secunda vota, penitus cessabat. Ne vero in aliis actibus, quibus expediendis mulieres impares erant, liberi manerent indefensi, in iudicialibus et similibus tutore masculino opus erat, quem magistratus constituerebat, vel simpliciter, vel ad certos actus. Quod si mater ad secunda vota transire in animum induxerit, hinc ad separationem et divisionem deveniendum esset; liberis, nisi iam tutores haberent, siue propinqui, siue alii, dabantur. (a) Tales erant simplicissimi veterum Germanorum atque maiorum nostrorum mores, superioribus Dissertationibus sat probati, quos de statu deicere ita non potuit Romani iuris auctoritas, ut constituto in imperio Augustissimo IUDICIO CAMERALI iam
 omnis

(a) Optime tutelae huius adolem exprimit IVS SVSASTENSE in se antiquissimum, sed a magistratu in hoc articulo confirmatum et renouatum apud EMMINGHAUSIVM in *morabilibus huius urbis Part. III No. VI. §. V. p. 149* verbis: Ein Mann oder Frau, wel-

che Kinder haben, und aber nicht wieder zur andern Ehe schreiten bleibt in VOLLER ADMINISTRATION aller Güter ohne Unterschied, welchem dieselbe zukommen, und darf davon KEINE RECHNUNG THUN, jedoch ist dieselbe schuldig die Kinder gebürlich

omnis tutelae maternae Germanicae ratio mutatione

lich daraus zu unterhalten, oder denselben geziemende Aufsteuer davon zu geben. Denuo hoc conspicuum aus der SOB-
STISCHEN PVPILLENORD-
NVNG §. 1. ibidem Part. IV.
No. VI. p. 357. quae etfi recen-
tior, tamen materia antiqui-
tatem redolet: Wann Vatter,
oder Mutter mit hinterlassung
ehelicher Kinder abgestorben und
der leztlebende zur anderweitten
Ehe zu schreiten vorhabens, daß
alsdann der oder dieselbe vor an-
tretung solcher Ehe von allen ge-
reiden und ungereiden Gütern
ein richtiges inventarium auf-
richtet, und demnachst gehüb-
rendt SCHICHT und theilung
lung von den naechsten dazu-
qualificirten BLVTSFR EVD-
DEN, in deren Mangel aber
vor einem boechtsachtbaren MA-
GISTRAT, oder diejenig, wel-
che derselbe dazu CONSTITV-
IRET, der Kinder von Vatter
oder Mutter erbreil specificiren
und dociren solle. Oportune
cum haec scriberemus, ad man-
us nostras pervenit liber ma-
nuscriptus, in quo praeter a-
lia, AVGVSTANAM vrbem
concernentia RESCRIPTVM

SENATVS die 10 Septemb.
1562 ad BRASMV M MITZE-
BER austbeiler auf dem Schnee-
berg datum continetur sub ru-
bro: Augustae Vindelicorum
matres suere tutrices legitimae
liberorum, licet nec cauerint,
nec inventarium consecerint, se-
quentis tenoris: Lieber Freund!
Was uns Anne Pfisterin, wei-
land Antoni Harders seel, nach-
gelassene Wittib Unser Burge-
rin berichtet, und gebeten, das
habt Ibr aus inliegender Suppli-
cation zu vernehmen, dieweil
dann an Imeselbst die Wahrheit,
das vermoeg gemeiner unser
Statt Freyheit und Gebrauch, die
Wittfrauen nach Absterben ih-
rer Ehevogt, solang sie inn I-
rem Wittabstand unverbeurath
bebarren, Ihrer Kinder RECHTE
VORMÜNDERRIN seindt, und
die VOLKKHOMMEN ADMI-
NISTRATION und VERWAL-
TVNG Ires abgestorbenen Ehe-
wirts Verlassenschaft haben,
auch die Kinder anderst nit ver-
pffegt werden, wie dann Ir der
Supplicantiu Kinder anderer Ge-
stalt von uns auch nicht ver-
pffegt seindt, daber schlieslich
volgt

tatione totali sublata fuerit. Potius cum in RE-
CESSV IMPERII de anno 1495, et quae hunc secu-
rae sunt REFORMATIONES POLITICAE, nihil
desuper cautum reperiatur, tutelam illam fru-
ctuariam, prout hactenus obtinuerat, neque
sanctionibus contrariis abrogata est, in viridi
obseruantia hactenus perstitisse, saltem lege ali-
qua Imperii generali, vel Hassiaca speciali, sub-
latam non esse, concludimus.

§. XXIII

PERSTITIT POTIVS TVTELA MATERNA NATV-
RALIS FRVCTVARIA VNA CVM TVTELA MAS-
CVLORVM CIVILI INNVMERIS LOCIS
SEPARATIM IN SVO VIGORE

Thesis, quam hoc loco proponimus, pro-
batione non indiget, postquam superioribus

differ-

volgt, das der hievor under das
Reichs und unsers Statvogtes
insigl auffgericht, und auff Mi-
chel Streiten gestelt, auch euch
uberantwortet Gewalt, sowol der
Kinder, als Ir, der Wittib hal-
ben, an Ime selbst volkhommen
und genugsam ist, derwegen
langt an euch unser freundlich
vleißig Bitt, In wollet euch mit
angerogener Gewalt Erl. erjet-
tigen, und Ir, der Wittib oder
Iren Gwalthaber dem Streitten
die Ausbeuten sowil der liebe Gott
derselben schickken wirdt, un-
auffgehalten geuolgen lassen, das
seind wir um Euch in ander
Weeg, do es immer gefuegt
freundlich und gutwillig zu ver-
dienen geneigt und vrlittig.
Datum Augspurg den 10 Se-
ptembris ao 62.

dissertationibus fati, vt opinamur, euictum dedimus: maternam illam, moribus Germaniae agnitam tutelam naturalem fructuariam, quocunq; demum ex fonte suo cuique loco proflexerit, obseruantia viridi longissime supergressam esse hanc epocham, quin hodie etiam innumeris locis obseruari, ita quidem, vt licet mater vidua a magistratu non constituatur tutrix, nec iuramentum praestet, nec rationes reddat: tamen administret substantiam bonorum cum fructuario commodo, oneraque ferat, et nihilofecius constituentur tutores vel ratores masculi, quos petere vt plurimum tenetur, et quos iuramentum praestare inuentariumque vna cum matre conficere oportet.

§. XXIV

MORE ROMANO VERO MATER VIDVA LEGIBVS
IMPERII VIX CITIVS ANNO 1570 AD TUTE-
LAM MASCVLORVM CIVILEM ADMITTI
COEPIT IN GERMANIA

Cuius quidem theses probationes si desideres, ORDINATIONEM CAMERALEM anno 1533, REFORMATIONEM POLITICAM anno 1534, ORDINATIONEM CAMERALEM anno 1555

1555, ceu leges promulgatas consulas, in quibus formula iuramenti, a tutoribus et curatoribus praestandi, praescribuntur. Nulla in his MATRIS ratio habita. Prima omnium matris, tutelam liberorum suscipere volentis, mentio fit in adiunctis RECESSVS SPIRENSIS de anno 1570, vbi non formula quidem praescribitur, sed in NOTA adiecta saltem additur, vt mulier tutelam liberorum ambiens renunciaret secundis nuptiis et Icto Velleiano. (a) In REFORMATIONE POLITICA de anno 1577 de tutela matris silentium. Tandem in CONCEPTO ORDINATIONIS CAMERALIS, quod anno 1613 prodiit et in omnium manibus est, praescripta iuramenti formula, secundum quam mater iuret. (b) Vnde colligere pronum, hoc maxime tempore vsu venisse, vt mater tutrix constitueretur a magistratu more Romano, neque de masculis tutoribus adiungendis, vel constituendis, cogitaretur amplius, sed matri soli,

I 2

non

(a) Apud b. DE SENCKENBERG in der neuen und vollständigen Sammlung der Reichs Abschiede Part. III pag. 318.

(b) Apud ESTORREM in den Beylagen zu den anfangsgründen des gemeinen und Reichs Processus Tit. XCIV. pag. 295.

non attenta imbecillitate sexus plenum tutoris
ciuilis ius concederetur.

§. XXV

QVOD SERIVS TAMEN VT VIDETVR IN HASSIA
FACTVM

Quod itaque legibus Imperii continetur,
id in Hassia etiam ab hoc tempore in vsum de-
ductum esse conieciris. Enimuero non ita
rem se habere persuasum habemus, quando-
quidem tutela matris naturalis firmo talo stare
perrexit, neque adeo constitutione et iuramen-
to opus esse, visum est. Videlicet eandem illam
tutelam maternam naturalem et fructuariam,
prout haecenus per Germaniam fere omnem v-
sitata fuerat, viridi obseruantia persistisse in Haf-
sia hucusque, euidentissime probat I) ORDINATIO
IUDICIANA GVILIELMI III anno 1497, a-
deoque biennio post constitutum iudicium Ca-
merale in Imperio, serius promulgata, hinc re-
centiori aeuo lata, in qua neque de *constituti-
one matris a magistratu*, neque de *iuramento a
matre praestando*, antequam *administrationem
tutela* susciperet, neque dispendio *fructuarii
commodi*

commodi, neque de inuentario conficiendo, neque de rationibus reddendis vel verbulam vllum inueneris. Potius est, quod probe notemus, matri etiam, quoad non transferit ad secunda vota citra haec omnia disertis verbis concedi: den genieß, mit hinbringung aus und steuerung, geistlich oder weltlich des abgangen verlassen kind, haud secus ac dictum ante. (a) Deinde obserues facultatem liberam matri concessam eadem constitutione, se separandi et diuidendi cum liberis, verbis hisce: Wil aber das Selbstbleibende der Ehe sich von Kindern theilen, (id quod communionem supponit post mortem mariti cum liberis perdurantem) das soll es zu thun de Macht haben, und daraffter nicht schuldig seyn dieselben sein kinder ferner mit kost und ander notbdurfft zu versehen. (b) Porro minime praetermittamus, quod sequitur: Doch dass es den kindern, so sie unmundig oder unter ihren vogtbaren labren waeren, un vormunden (more Germanico) in zu geben die oberhand darum anrufen

I 3

(a) ORDINATIO IVDICARIA GVILIELMI III de anno 1497 promulgata in der Sammlung der Hessischen Landesordnungen Tom. 1. pag. 25 Cap. 37.

(b) IBIDEM

arruffen solle. (c) En ergo demandatum matri ad secunda vota transiturae officium petendi tutores, quod ex iure Romano, quamvis ita visum fuerit, non videtur. Quo ipso patere arbitramur, liberos antea non accepisse tutores, vel curatores, nisi ad lites, vel ad alios actus speciales datos. Neque II) functioni huic derogatum esse moribus Hassiae superioris RELATIONES CIVITATVM ANNO 1572 iussu LVDOVICI TESTATORIS H. L. (d) exactae et Landgrauio missae, abunde testantur. Mater enim, vt constituatur a magistratu tutrix, nulla harum relationum vel verbo iubet. Vsumfructum vero, quam iure parentali capit ad dies vitae, loquuntur omnes et singulae. De masculis tutoribus nullibi iniecta mentio, sed constitutos tamen esse tutores, vbi ad secunda vota transire voluerit, vel curatore litis opus esset, analogia loquitur. III) Alii et ab his diuersi mores Hassiae etiam non fuerunt per illud tempus, quo de conficiendo IVRE PROVINCIALI HASSIA-
CO

(c) IBIDEM STATOREM H. L. in den *Mar-
burgischen Beytraegen* P. 111,
(d) RELATIONES CIVI-
TATVM HASSIAE SUPERI-
ORIS ad LVDOVICVM TE-
P. 3 sq.

CO COMMVNI sub auspiciis DIVORVM FRATRV
 laboratum est, inde ab anno 1581 ad annum
 vsque 1592, quo CONCEPTVM illud IV-
 RIS PROVINCIALIS absolutum fuit, ad quod ha-
 ctenus toties prouocauimus. Neque MANV-
 SCRIPTA neque exemplum illud, quod TYPIS
 expressum exstat apud GEISSIVM (e) habent,
 quod matrem idoneam declaret ad gerendam
 tutelam liberorum ciuilem, ipsique aditum a-
 periet ad illam ambiendam et suscipiendam.
 Potius est, quod notemus, matri hac etiam lege
 necessitatem imponi, vt intra *duos menses* (id
 quod ex Iure Romano nemo deriuauerit) a mor-
 te mariti liberis *tutores petat*, his vero, vt vna
 cum matre *inuentarium* conficiant. Qua in re DI-
 VI FRATRES recesserunt a iure Hassiae superioris,
 quo secundum sanctionem GVILIELMI III tu-
 tores demum petebantur, vbi instituenda *sepa-*
ratio et diuidendum est cum liberis. In reliquis
 seruati sunt mores antiqui. Neque enim mater
constituitur a magistratu tutrix, ipsa talis cum
 naturaliter

(e) CONCEPTVM IURE GEISSIVM *Lib. iv. Cap. xviii*
 PROVINCIALIS HASSIACI *sq.* et in superiori DISSERTA-
 DIVORVM FRATRV apud TIONE in adiuncto *Nutz. 1.*

naturaliter fit. Non *iuramentum* praestat, non *rationes* reddit, sed ampliffimis verbis atque repetitis vicibus ipsi conceditur *pleniffima administratio* et *ususfructus* ad dies vitae. Quae quidem omnia latius persequi sanctionis textus, quem apponere hoc loco prolixitas impedit, non permittit. Sed inspexisse illam non poenitebit, cum concepta haec ordinatio, si pauca quaedam, pro auctoritate addita, excipias, per omnia spiret mores Germaniae antiquos, neque de animo Legislatorum eos conservandi pro futuro, vllum relinquat dubium. IV) Recentiores HASSIAE LEGES de tutela materna civili more Romano suscipienda plane silent. Sane in ORDINATIONE IVDICII AVLICI MARBURGENSIS nouiffima, anno 1673 promulgata, Titulo XX, vbi *formula iuramenti*, a tutoribus praestandi, praescribitur, nec matris mentio fit, nec formula in eam concepti, prout in CONCEPTO ORDINATIONIS CAMERALIS de anno 1613 exstat, legitur. Quod magis (f) in HASSIA

(f) DISSERT. NOSTRA de *ciatim de potestate parentali §. ususfructu materno in Hassia at- VI. not. (g) pag. 114. | que diuersis eiusdem causis spe-*

SIA DARMSTADINA, vt alibi obseruatum est, in hunc vsque diem nec constituitur tutrix, nec iuramentum praestat, nec rationes reddit. Ast in HASSIA CASSELLANA tam INFERIORI, quam SUPERIORI, hodie constitutione et iuramento obseruantia recentiori saltem opus esse, nemo negat, quamuis inde, a quo tempore ius hoc inualuerit, praecise definire difficile sit, neque, vt expertissimi in rebus forensibus viri testati sunt, quando formula hodie vsitata, primum in vsum deducta fuerit, hactenus constet.

§. XXVI

DE EFFECTIBVS HVIVS IMMVTATIONIS QVATE-
NVS IN FAVOREM MATRIS VERGVNT

Et circa ea quidem, quae hactenus in medium adduximus, facilius inter nos conueniet. Sed vbi de effectibus factae mutationis quaesieris, speciatim in Hassia nostra, non aequè expedita atque plana omnia deprehendes. Etenim quaestionem oriri, necesse est, vtrum mater, cum tutricem se constitui petit, conditionem suam reddat meliorem, non deteriorem, an diuerso respectu vtrumque eueniat? Qua de re vt lucu-

K

lentiùs

lentius constet, eam pluribus iam persequi liceat. Et primo quidem videamus de effectibus huius mutationis, quatenus in fauorem matris notorie vergunt.

§. XXVII

PRIMO EFFECTVS INSIGNIS SE EXSERIT IN EO
 QVOD INSTAR MASCVLÆ SOLA ETIAM AD
 TVTELAM CIVILITER ADMITTATVR

Nimirum inter naturalem illam tutelam matris iuris Germanici et Romanam legitimam, cuius intuitu mater et auia etiam proximis agnatis praeferuntur, hoc manifeste interest, quod ratione actuum, qui masculum requirunt, iam non opus sit constitutione propinquorum, vel aliorum, sed mater ipsa, sola licet, sufficere existimetur, cum tamen olim tam in iudicio, quam aliorum actuum respectu masculino opus fuerit. Loquuntur hoc tutoria in Dicaasteriis Hassiae expèdiri solita, ex quibus annotasse iuuabit formulam: *zu ihrer Kinder RECHTEN VORMÜNDE-
 RIN verordnet haben — derogestalt, daß sie —
 deren haab und guter liegend und fabrend in
 und aufferhalb Rechtens gleich ihren selbst ei-
 genen*

CONDITIONE VSVSFR. MAT. IN HASS. CET. 75

generen gutern vertreten, beschirmen, beschützen
und verantworten — solle und wolle. Exem-
plum vide infra (§. xxxi not. a)

§. XXVIII

SECUNDO QUOTIES IN IUDICIO EXPERIENDVM
PROCVATOREM MANDATO IPSA
CONSTITVIT

Moribus antiquis tutoribus masculis non
constitutis, mater, qua tutrix naturalis, procu-
ratorem, vel actorem, qui iam vix differunt,
constituere non poterat mandato, sed tutore
opus erat masculino, vel saltem curatore ad litem
a magistratu constituendo. Verum hodie PRA-
XIS IN HASSIA ita seruat, vt sufficiat mandatum
matris, qua vnusquisque procuratorum ordina-
riorum, qui in numero sunt, mandato matris
tutricis legitime instructus, eius nomine cau-
sas liberorum, tam *contentiosae*, quam volunta-
riae iurisdictionis, experientia teste, in iudicio
peragit, hinc tum actoris, tum rei, vices susti-
net, iuramenta in animam praestat, confirma-
tiones contractuum petit et impetrat, atque a-
ctus quosuis, quotquot procuratores et manda-
tarios admittunt, rite peragit.

K 2

§. XXIX

§. XXIX

TERTIVS IN CAVSSIS FEVDALIBVS QVARVM
RATIONE CVRATORE FEVDALI (DEM LEHNS-
VORMVND) NON EST OPVS

Et in allodialibus matri hoc concessum esse, forte non miraberis, quia ius Romanum sequimur. Verum quod mater in feudalibus quoque eodem iure in Hassia gaudeat, admodum singulare est. In Saxonia mater tutrix legitime licet constituta, ne in allodialibus quidem causis absque curatore rem peragit, in feudalibus autem illi adiungitur *curator feudalis* (*der Lehnsvormund*). Sed in Hassia eadem vtrobique matris iura. Nam et, ubi in *curia feudali* actio instituenda, aut inuestitura petenda, aut liberorum iura defendenda sunt, tutorio nomine per mandatarium, a matre sola constitutum, res omnis peragitur. Eandem quoque *renovationem inuestiturae* recte petere et *iuramentum fidelitatis* vasalliticum per procuratorem praestare, *tutorio*, quod subiungere visum est, documento

(a) Vide sis GOTHOFRE- *Electoralis* §. XXVIII XXXI. i.
DI REISE *Fundamenta tutela-* bique citati.
rum legitimarum in Saxonia

mento probasse sufficit. (b) In comitiis e contra-

K 3

rio

(b) Damus hic TUTORI-
VM, quod NICOLAI WILHEMI
GOEDDAEI Hassiae quondam
CANCELLARII vidua, libe-
rorum tutrix iuramento praeci-
pio constituta a Regimine, im-
petrauit consueta formula se-
quentis tenoris:

DES DURCHLAUCHTIG-
STEN FÜRSTEN UND HERRN
HERRN CARLNS, Landgrafen
zu Hessen, Fürsten zu Hersfeld,
Grafen zu Katzenelnbogen,
Dietz, Ziegenhain, Nidda und
Seeburg etc. Ibro Hoch-
fürstl. Durchlaucht Wir zu De-
ro hiesigen Regierungs-Canzlar,
Geheim- und Regierungs-Rathe;
Ihunkund hiermit bekennende;
Als des gewesenen hiesigen Hoch-
fürstl. Geheimen Raths und Canz-
lars Niclas Wilhelm Goeddae
seel. nachgelassene Wittib Ama-
lia Eliesabeth geborne D'Or-
ville bey Uns die geborsamste
Vorstellung gethan, wasmassen
wegen ihrer mit jetzt gedach-
tem Ihrem Ehelichsten erzeugten
nachbenannter dreyer Kinder
EINIGE LEHEN ZU EMPFANGEN
seyen, weswegen dann, auch we-

gen anderer ibrentbalben etwa
VORFALLENDER GERICHT-
LICHER HANDLUNGEN und
GESCHAEFTE die Nothdurfft
erforderte, dieselbe bey ihres Un-
mündigkeit bevormunden zu las-
sen, und weilien Sie aus natür-
licher Neigung und Liebe zu er-
melten ihren Kindern die Vor-
mundschafft über dieselbe selbst
zu übernehmen entschlossen wa-
re, gebethen, Wir jemand Un-
sers Mittels, der Ibr den Vor-
munds-tyd abnaehme, zu des-
putiren und Ibr sodann ein Tu-
torium in gewoentlicher Form zu
ertheilen geruben wolzen, deren
Susben auch darauf statt geban-
morden; daß Wir demnach Sie,
die vorhemeldte Amaliam Elie-
sabetham des gewesenen hiesigen
Geheimen Raths und Canzlers
Goeddae seel. Wittib, geborne
D'Orville, nachdem Sie zu-
vor auf vorhergegangene noth-
dürftige Certioration denen ulte-
rioribus nuperis, durante tute-
la, wie nach dem Senatus con-
sulto Vallejano von Unserm hier-
zu verordneten Commissario
dem Regierungs-Rath und Le-
ben-

rio prouincialibus Hassiacis, quibus Academiae nomine Deputatus toties interfui, obseruare licuit, mandata Deputatorum ordinis equestris a viduis matribus tutorio nomine subscripta, fuisse reiecta vtpote quod ea dare feminis haud conueniret. §. XXX

ben. Secretario Dr. Kolben heut dato renunciret und den Vormunds. Eyd würcklich abgelegt, zu voverwehnter ihrer dreyer unmündiger Kinder benamentlich Marien Amelien, Henrichs, und Johann Reimbards RECHTER VORMÜNDERIN in der allerbesten Form und Maas, wie solches von Rechts wegen am beständigsten geschehen soll, kan oder mag, constituiret und verordnet haben; Thun das auch hiermit und in Kraft dieser, dergestalt und also, daß Sie derselben ihrer Kinder besten Nutzen schaffen, Schaden und Nachtheil verhüten, Inventaria aufrichten und deren Haab und Güter, liegend und fahrende, in- und außerbald Rechdens, gleich ihren selbst eigenen Gütern, verzetzen. beschirmen, beschützen und verantworten, auch von allen Einnahmen und Ausgaben, auch andern deren Handlungen

zu jeder und rechter Zeit Rechnung thun, Red und Bescheid geben, reliqua und was dieser Vormundschaft halber zu Ihren Haenden gelanget, treulich zahlen und lieffern, auch sonst insgemein alles thun und lassen solle, was einer getreuen Vormünderin in Recht obliegt und gebühret, inmaßen Sie solches, wie vorstebet, mit Hand gegebenen Treuen und bey Verpfändung Ihrer Haab und Güter gelobt und einen leiblichen Eyd zu Gott geschworen. Dessen zu Urkund ihr dieses Tutorium unterm groeßern Finßlichen Regierungs. Secret ausgefertigt und Ihr, sich dessen zu Ihrer Pfleg befohlen Kinder Nothdurft ein, und andern Orts haben zu bedienen, mitgetheilet worden.

Geben und geschehen zu Cassell den 23ten Martii 1720.

§. XXX

QUARTVS RATIONE SERVITIORVM MILITARI-
VM EX FEVDO OLIM PRAESTANDORVM
QVAE MATER TVTRIX HODIE EX REDI-
TIBVS FEVDI AERE PRAESTAT

Quae per vniuersam Germaniam quoad
statum militare mutata est rerum facies, ea
in Hassia etiam maxime conspicua est. Multo
labore, assiduaque industria eo contendit Illu-
stris HOFFMANNVS, (a) vt nobilissimum hoc iuris
et historiae argumentum bono Hassiae ex insti-
tuto illustrauerit. Ad quem quidem librum cum
lectorem remittimus: de eo admonendi sumus,
in hac etiam, quam tractamus, materia mutati-
onis factae effectus obseruari. Ex quo enim va-
falli ea, qua olim, ratione seruitia militaria non
praestant, neque equitatum domini directi ipsi
constituunt, vasalli impuberes tutore masculino
opus non habent, qui vices eorum hoc respe-
ctu gerat. Mater vero vti intuitu reliquorum
bonorum

(a) Illustris I. A. HOFF-
MANNVS in der Abhandlung
von dem vormahligen und heu-
tigen Krieges-Staate, von den
aufgehotten der Ritterschafft und
Lehnleute cet. Part. 1. Cap. III.
IV. conf. GODOF. REISE l. c.

bonorum, ita et respectu bonorum feudaliū constituitur tutrix et qua talis alio surrogato obligationi vasalliticae filiorum impuberum fatifacit, quando equos (die ritterperde) militiae idoneos, sumtibus eorum subministrat, aut collectas et onera ex feudo praestanda ex reditibus soluit.

§. XXXI

EFFECTVS HVIVS MUTATIONIS QVAE IN PRAE-
IVDICIVM MATRIS VERGERE VIDENTVR
RECESENTVR

Et haec tenus quidem conditio matris mutatione hac omnino melior evasit. Sed iubet ordo, ut dispiciamus de effectibus illius mutationis, quibus eadem deterior facta esse videtur. Vbi I) occurrit ipsa CONSTITVTIO, a magistratu hodie petenda et expectanda, cum moribus Germaniae mater vidua ipso iure adspiraret ad tutelam illam naturalem et cum ea coniunctam administrationem, iam vero eius particeps non fiat, nisi constituta tutrix more romano civiliter et quidem II) non aliter, quam praeiuvio IVRAMENTO, secundum formulam in Concepto ordinationis cameralis, vel a domi-
no

no territoriali praescriptam nec non III) prae-
 uia RENVTIATIONE secundarum NVTIARVM
 et IV) SENATVS CONSVTI VELLEIANI, prae-
 uia item V) Constitutione HYPOTHECAE O-
 mnium bonorum, quibus in Germania ante-
 hac opus non erat. Sequitur VI) INVENTARIJ et
 secundum illud VII) RATIONVM confectio, dein
 VIII) earum REDDITIO et tandem IX) RESIDVI
 atque BONORVM PVPILLARIVM restitutio, quae
 moribus olim a matre non exigebantur, nisi in
 casu separationis, diuisionis et secundarum nu-
 ptiarum, quo substantiam saluam esse eam o-
 stendere oportebat. Omnia haec in Hassia re-
 quiri a matre tutelam ambiente tutoria loquun-
 tur, in quibus cacteroquin VSVSFRVCTVS MATER-
 NI nec vola, nec vestigium. (a)

L

§. XXXII

(a) Ne exemplum deficiat
 tutorii huiusmodi, id quod
 sequitur, subiungere visum
 est: DES DURCHLAUCHTIG-
 STEN FÜRSTEN UND HERRN
 HERRN CARLN Landgrafen
 zu Hessen, Fürsten zu Heßs-
 feld, Grafen zu Katzenelbo-
 gen, Dietz, Ziegenhain, Nid-
 da und Schaumburg cet. Unfers
 gnaedigsten Fürsten und Herrn.

ihrer Hochfürstl. Durchlaucht
 Wir zu Vero nachgesetzten bie-
 sigen Regierungs-Canzley ver-
 ordnete Canzlar, Vice-Canz-
 lar und Raethe; Thun kund
 biermit bekennende: Als Savi-
 na Maria des gewesenen biesigen
 Fürstl. Regierungs-Raths Ni-
 clas Wilhelms Goeddaei seel-
 nachgelassene Wittib, geborne
 Goeddaein



§. XXXII

VNDE TANDEM EXSVRGIT QVAESTIO NVM IN
HASSIA TVTELA ILLA MATERNA IVRIS
GERMANICI FRVCTVARIA PLANE SIT
SVBLATA ET CONVERSA IN ROMANAM
ILLAM CIVILEM?

Maximi momenti quaestionem proponimus, quae ut rite possit decidi, rationes confideremus

Goeddaein bey Uns die geziemende schriftliche Vorstellung gethan, wasmaßen die Nothdurft erfodere, daß ihre mit erwehntem ihrem Ehemann seel. erzeugte acht annoch unmündige Kinder mit einem Vormund versehen würden, und weil Sie aus NATÜRLICHER ZU SELBEN TRAGENDEN LIEBE und NBIGUNG die VORMUNDSCHAFT über sie SELBST zu übernehmen entschlossen waere, gebethen, Wir solche gestalt: Sie zur Vormünderin zu BESTELLEN, zu legitimiren und darüber ein gebotriges TVTORIVM ausfertigen zu lassen geruhen moechten: deren Suchen auch statt gethan, und von Uns, um Ihr den VORMUNDOS-RYD in ihrer Behausung abzuwehmen,

dem Regierungs- und Grenztsecretario Haas Commission ertheilet worden; Daß Wir demnach Sie des gewesenen Regierungs-Raths Goeddaei seel. Wittib gebobvne Goeddaein, nachdem Sie zuvor auf vorhergehene nothdürftige CERTIORATION DENEN SECVNDIS NVPTIIS DVVRANTE TVTELA, wie auch dem SENATVS CONSVLTO VELLERIANO vorermeltem Unserm Commissario RENVNCIIRT und den VORMUNDOS-RYD würcklich abgelegt, zuvor erwehnter Ihrer acht unmündiger Kinder, nammentlich Sabina Maria, Amalien Elisabeth, Margverben Catharinen, Christian Wilhelm, Christopß Ludwigs, Marien Sophien

deremus, quibus alicui possit persuaderi, ita rem se reuera habere atque tutelam maternam in Hassia omnino aestimandam esse ex iure Romano, hinc vsusfructum matri olim tributum hodie eidem non competere. Quod si enim modi rationem habeas, quo mater hodie ad

L 2

tutelam

en. *Iohann Friederichs und Louisen Charlotten, RECHTEN VORMÜNDERIN in der allerbesten Form und Maus, wie solches von Rechts- und Gewohnheitswegen, an beslaendigsten geschehen soll, kan oder mag, constituirrt und verordnet haben* Thun das auch hiermit und in Kraft dieses dergestalt und also, daß Sie solcher Ihrer Kinder und respectiue Pflegbefohler besten Nutzen schaffen, Schaden und Nachtheil verhüten, INVENTARIA aufrichten, und deren Haab und Güther liegend, und fabrende IN UND AVEERHALB RECHTENS, gleich Ihren SELBST EIGENEN GÜTHERN VERTRETEN, BESCHIRMEN, BESCHÜTZEN und VERANTWORTEN, auch von allen EINNAHMEN und AVSGABEN auch andern deren HANDLVNGEN zu IEDER UND RECHTER ZEIT RECHNVMG thun,

Red und Bescheid geben, RELIQUA und was dieser Vormundschaft halber zu Ihren Haenden gelangt, TREVLICH ZAHLEN und LIEFERN, auch sonstern insgemein alles thun und lassen solte und wolte, was einer GEBREUEN VORMÜNDERIN in Rechten obliegt und gelübret: Inmassen Sie solches, wie vorstehet, mit HAND GEBEBEN TREUEN, und bey VERPFÄNDUNG IHRER HAAB UND GÜTHER gelobt und einen LEIBLICHEN EYD zu Gott geschworen. Dessen zu Urkund ist dieses Tutorium unterm groeßern Fürstl. Regierungs Secret ausgefertigt, und Ihr um sich dessen zu ihrer Pfleg befohlenen Kinder Nothdurft nach erfordern, haben zu behienen, mitgetheilet worden. Geben und geschehen Cassell den 1ten Julii Ein Tausend Sieben Hundert Neun und Zwanzig.

tutelam adspirat, rem omnem ad decempedam iuris Romani dimetiendam esse, vel ipse iuraueris. Enimuero magna hic opus est circumspeditione. Qua in re ante omnia sequamur tenorem *tutorii*, ad cuius normam mater tutrix rationes suas in gerenda tutela componere tenetur, quando ad obseruanda, praestandaque omnia ea, quae iure Romano a *quolibet tutore* exiguntur, et ipsa eadem formula se adstringere tenetur. Subiungemus deinde, quae in foris quotidie obseruantur, atque dicta confirmare videntur. Postremo singulis rationibus addere liceat epierisin, quo tandem rectum nobis de quaestione tanti momenti ferre liceat iudicium, et num vsusfructus ille maternus abrogatus, vel exoleuisse dicendus sit, statuere queamus.

§. XXXIII

QVOD NEGATVR NEQVE ENIM I) OBSTAT FACTVM CONSTITVTIONIS QVAB FIT A
MAGISTRATV

Agedum ergo subducamus calculum, quem pro negatiua ponere, non dubitamus. Spesiosa quidem pro affirmatiua proferri possunt argumenta

gumenta, sed vbi iusta trutina ea ponderaueris, species, quam prae se ferunt, disperebit. In oculos fatemur maxime incurrit *factum constitutionis*, quae fit a magistratu. Verum antequam quis sibi iudicium insuper arroget, distinguamus administrationem bonorum, qua mater Germaniae moribus potitur iure potestatis parentalis seu tutelae naturalis et potestatem illam tutoris civilem, quam mater exclusis masculis omnibus affectat. Ad illam sibi vindicandam constitutione non erat opus; ad hanc vero aspirandi matri ab initio spes nulla, quandoquidem ipsa inhabilis erat propter sexum. Quo effectum est, vt exolefcente licet tutela sexus, mater tamen hoc ipso minime euaserit habilis ad gerendam tutelam civilem. Ad quam cum via nulla pateret, non poterant non tutores legitimi vel datiuu constitui, quos mater petebat, salua tutela illa naturali. Atque hi per Germaniam vigentes in Hassia etiam obtinere mores, quod clarissime omnium elucet ex CONCEPTO IVRIS PROVINCIALIS HASSIACI DIVORVM FRATRVM. (a) Qua quidem ratione diuersa illa matris atque

L 3

IMORUM

(a) apud GESSIVM l. 6

tutorum iura se inuicem non tollebant. Mater quippe post obitum mariti instar patris administrabat bona, ab eo relicta, liberorum educationi atque sustentationi vacabat, quin liberos adultiores factos, quod parentale officium est, dotabat et elocabat. Masculis tutoribus, sicuti opus, eam consiliis iuuantibus et liberis defendentibus in iudicio. Sed in his terminis res non substituit. Mater enim, ubi tutelam *sexus* exoleuisse, circumstantias multis modis mutatas, atque impedimenta, quibus a tutela illa ciuili arcebatur, cessare vidit et intellexit, affectare hanc tandem ipsa coepit. Quid ergo? Non poterat non illi subuenire auctoritas iuris Romani, quo ipso tutela *sexus* iam olim exoleuerat, mater vero ad tutelam ciuilitate admissa atque legitimis quibusuis praelata fuerat. Quod cum adimaduernerent, desiere matres petere tutores masculos more maiorum a magistratu. Petere e contrario coeperunt, ut ipsae cum exclusione masculorum aliorum tutrices constituerentur, cum iure Romano tales essent ipso iure. Et sic quidem inualuit mos, ut cum voti compotes fieri se posse senserint, amorem naturalem

lem erga liberos praetextentes, se ipsas tutelae onus in se suscipere velle declararent. Ita vero, in istas, res omnis redacta est ad praescriptam iure Romano formam, quo tutor quilibet secundum tutorii tenorem adstringitur ad confectionem inventarii, ad rationes conficiendas et reddendas atque tandem ad residui ipsamque bonorum restitutionem. Enimvero caueamus nobis ab hoc errore. Quicquid matres huc usque egerunt, id omne non nisi commodi sui causa eas egisse existimandum est, non, ut iuris materni iacturam facerent. Nihil intenderunt aliud, quam ut femotis tutoribus masculis soli etiam regnarent ciuilitate, salua interim tutela naturali et vindicato sibi fructuario commodo, quorum vtrumque fouebant mores patrii, licet ea respuerit Ius Romanum. Et feliciter id euenisse viduis matribus non est mirum. Cum enim hoc ipso, quod tutrices se constitui peterent et constitui se paterentur, iuri materno Germanico (*dem Mutter-Recht*) minime renuntiarent, id quod matrem facturam esse, vel facere voluisse, nulla probabili ratione aliquis sibi persuaserit; ab altera vero
 parte

parte nemo adesset, qui vt renunciaret iuri tam insigni, exigeret et mandaret, consequens sane est, vt dicamus, matrem vtramque tutelam maximo commodo coniunxisse, hoc, quod addimus, potissimum argumento, quod, licet constitutae tutrices secundum formulam praescriptam iuramentum praestiterint, tamen in Hassia nostra inventarium vix confecerint atque reddiderint, omnium minime vero residuum aliquod bonaque ipsa liberis restituerint; silentio et patientia sua haec omnia non obscure probantibus magistratibus.

§. XXXIV

NEQUE II) IVRAMENTVM QVO MATER OBSTRINGITVR

Minus vrget IVRAMENTI praestatio, quo mater hodie instar tutoris cuiusvis obstringitur. Nam vt iam taceamus, quod eius praestandi necessitas non sit ex iure Romano deriuanda, secundum quod curator furiosi quidem illud praestat, (a) nunquam vero tutor; vt etiam non re-

petamus
 (a) l. 27 C. de episc. aud. quibus textibus ius hoc ad cu-
 l. fin. §. 5 de curat. furios. riores quosuis productum,
 NOVELLA 72 Cap. 6 indeque licet detutoribus fileant Conf
 desumpta AVTHENTICA quod STRYK in usu mod. Lib. xxvi.
 vult esse C. de Curat. furios. Tit.

petamus, quae superiori dissertatione (b) prae-occupata sunt pluribus, iuramentum certe non aliam ob causam a matre exigitur, quam, quia leges imperii id exigunt a quolibet tutore, mater vero instar masculi hodie constituitur tutrix, licet nihil cautum de ea reperiatur in constitutionibus Imperii et, quae de tutoribus in iis sancita sunt, ad matrem non pertineant, licet constituta sit tutrix, prout Illustr. SELCHOVIVM hoc iam pridem observasse aliquoties monuimus. (c) Hinc illa confusio, hinc illa rerum omnium perturbatio, quod quidquid legibus Imperii circa constitutionem tutorum requiritur, minus quadrat ad tutores legitimos Germanorum, et quod omne id, quod sancitum est de tutoribus masculis, siue legitimis, siue dativis, id mox translatum fuerit ad matrem, cuius tamen in sanctionibus Imperii nulla sit mentio. Neque etiam lege aliqua Imperii, vel Hassiae

M
mater

Tit. 7. Emendaanda hinc quae in DISS. PRAELIMINARI de usufructu parentali in Hassia §. 32 pag. 63 lin. 13 14 diximus. Iuramentum quippe a tutoribus nuspam exigit Ius Romanum.

(b) De usufructu materno in Hassia atque diversis eivdem causis. Speciatim de parentali potestate §. 58 59.

(c) DE SELCHOW in Elementis Iur. Germ. Lib. II Cap. I Sect. II Tit. 2 §. 575 not. 6.

mater ad civilem illam tutelam factus est aditus. Sed peruersa iuris Romani applicatio effecit, ut crederetur: quia illa iure Romano tutrix est liberorum suorum ipso iure hinc absque vlla constitutione, ergo talis fieri potest in Germania, si instar masculi constituatur. Qua in re cum iuramento opus esset et ipsam hoc vinculo obstringendam esse visum est. Ita abusus abusus, malum malum peperit, quandoquidem vana omnium animos occupauerat persuasio, iura matris viduae in Germania aestimanda esse ex iure Romano; quod absurdum. Sane nulla *lex Imperii*, nulla etiam *Hassiae* lex siue antiquior, siue recentior, iuramentum a matre exigit. Formula iuramenti, quod a tutore masculino exigunt CONCEPTVM ORDINATIONIS CAMERALIS de anno 1533, REFORMATIO POLITICA de anno 1548, ORDINATIO CAMERALIS de anno 1555 §. 33 IN TUTORES generatim quidem, in MATREM vero concepta non est, et per mores concipi in eam ne quidem poterat, cum naturaliter tutrix esset ipso iure, ad civilem vero tutelam haectenus non adspiraret, id quod quantum ad Hassiam liquet CONCEPTO IURIS H. PR. DIVORVM FRATRVM,

(d)

(d) quo petere eam oportet *tutores masculos* iuramento obstringendos, salva ipsi *plenaria administratione bonorum et usufructu* absque iuramento desuper praestando. Qui ergo, inquis, factum est, ut nunc praestare matrem oporteat iuramentum? Primo, uti quidem arbitramur, id contigit in Imperio vix citius anno 1570. Quamvis enim recessus Imperii de hoc anno et formula iuramenti, illi annexa, secundum quam tutores obstringere se iubentur, nullam matris iniiciant mentionem; attamen nota illi subiuncta disertis verbis nos admonet *matris*, et vult, ut si tutrix constituenda sit, renuntiet *secundis nuptiis* et *Scto Velleiano* apud *SENCKENBERGIUM*, (e) quod deinde repetitum in *CONCEPTO ORDINATIONIS CAMERALIS* de anno 1613. (f) Vnde idem factum suspicari licet in *dicasteriis* statuum. Sed quid inde? Nihil aliud, quam quod negari nequeat, matrem instar masculi ab eo tempore constitui coepisse tutricem, et extraneis quibusue praeferrri, ita

M 2

tamen

(d) *Lib. IV Tit. XVIII § 2.* 318.

(e) in der VOLLSTÄNDIGEN SAMMLUNG DER REICHS-ABSCHIEDE *Part. III pag.*

(f) *Part. I Tit. 54 pag. 295 edit. ESTORIANAE.*

tamen vt renunciatio iuris materni ex facto constitutionis et iuramenti praestatione elici nequeat, adeoque vsufructui illam haud derogare pateat.

§. XXXV

NEQVE III) RENVNATIIO SECVNDARVM NVPTI-
ARVM ET SENATVS CONSVLTI VELLEIANI
CVM HYPOTHECAE CONSTITVTIONE
CONIYNCTA

Ex eodem fonte manauit formula, qua mater renunciare iubetur SECUNDIS NVPTIS et Scto VELLEIANO, adeo vt vel illustres ad eam iurandam adigi soleant in summis Imperii tribunalibus. Quod si vero meminerimus, matrem nulla lege Imperii diserte vocari ad tutelam illam legitimorum ciuilem, multo minus autem horum quid ab ea exigi; satis, nisi omnia nos fallunt, patet, omnia haec ex peruersa adplicatione iuris Romani in hoc argumento irrepsisse in fora, atque exinde etiam esse, quod mulier, vbi tutelam liberorum ambit, renunciare tenetur more Romano secundis nuptiis et Scto Velleiano, cuius tamen noui moris in

in Germania non nisi recentiora existant indica, scilicet in formulis iuramenti REFORMATIONIS POLITICAE de anno 1570 et c. o. c. de anno 1613 adiectis. Oportuisset scilicet matrem post obitum mariti, non propter auctoritatem iuris Romani, sed virtute morum Germaniae et Hassiae perere liberis tutores, id quod quotidie fiebat salua administratione et saluo iure materno, atque sane tunc renuntiatione non fuisset opus. Ex quo vero ipsa tutelam hanc ciuilem more Romano ambire coepit, renuntiatione exacta est, quamuis si non renuntiaisset, tamen moribus patriis ad secunda vota transire non potuisset, nisi deposita tutela restitutisque restituendis. Quod autem ad hypothecae constitutionem et renuntiationem S^Cri attinet, illis non fuisset opus, si mater iure suo contenta ciuilem illam tutelam non affectasset, hoc sine, vt illam cum naturali illa coniungeret. Postquam adfectauit cum hypothecae constitutione, tum renuntiatione supersedere non potuit; quandoquidem vno posito renitente licet ratione, ponitur alterum.

§. XXXVI

NEQVE IV) INVENTARII CONFECTIO

Vbi ad veteres Germanorum mores respexeris, initio non inuenies matri post obitum mariti impositam necessitatem conficiendi INVENTARII, quatenus instar patris iam summae rerum plena potestate in familia praecerat. Tutores masculi aderant, siue *legitimi*, siue *datiui*. Atque his quidem in Hassia serius quondam iniunctum vidimus, vt *vna cum matre* conficiant inuentarium. Id quippe non mos tantum hactenus tulisse, sed expressa sanctione etiam, saltem conceptione tali, ita sancitum adparet: nimirum IVRE PROVINCIALI HASSIACO DIVORVM FRATRVM. (a) De matre sola tutrice constituenda more Romano tum ne quidem cogitatum in Hassia. Quamprimum vero inualuit, vt matrem solam fungi posse existimatum fuerit tutela liberorum ciuili, semotis legitimis atque datiuis masculis, superflua visa est inuentarii confectio, cum metuendum non videtur, vt quid subtraheretur, neque de rationibus

(a) vid. DISSERT. SVPERIOR IN *Adiuncto* 1 Cap. XVIII §. 3.

tionibus reddendis, quorum basis et fundamentum inuentarium est, tum cogitatum fuerit. Interim in formulam iuramenti, quo mater adstringitur, inter reliquas obligationes hoc etiam penetrauit, vt *inuentarium* conficiat. Sed, quod maxime interest, vos nunc compello nostrates quaeroque: num viduae matres, quotquot earum iurarunt hanc formulam, satisfecerint haecenus promissis? Et vel pignore quouis cerrauerim, inuentarium, si recentissima tempora exceperis, non obstante promissione, vix et ne vix quidem esse confectum, sed matres viuere perrexisse moribus antiquis et de secundis nuptiis rarius cogitantes, satius habuisse, se nemine quaerelas agente, officio materno functos esse; non improbantibus hoc superioribus, quorum ceteroquin erat compescere hanc negligentiam. Vnde consequitur hac in parte a moribus maiorum reuera recessum non esse, sed praeualuisse ius maternum. Sane inuentarii confectionem lex nulla Hassiaca, nisi cum mater vidua ad secunda vota transire constituerit, exigit. Qua de re videantur constitutiones FRIDERICI I. H. L. die 26 Ian. 1751 et

GYVIELMA

GVILIELMI VIII die 29 April. 1754 promulgatae, quas verbotenus exhibuimus alibi, (b) De his, quae nouissime obseruantur, inferius dicemus.

§. XXXVII

NEQVE IV) MATRI INIUNCTA RATIONVM CONFECTIO ATQVE REDDITIO QVARVM VTRAQVE POSTHABITA

Quod de neglecta in Hassia inuentarii confectioe diximus, id, cum de *rationibus* quaeritur, pariter obseruabis. Scilicet lex Hassiae nulla, ne quidem IVS PROVINCIALE DIVORVM FRATRVM matri eam iniungit, et dum silent constitutiones, hoc ipso de usufructu testantur. Formula iuramenti autem, quo mater secundum obseruantiam adstringitur, ei iniungit, vt reddat *rationes*, quo ipso ius omne maternum videtur sublatum. Sed videamus, num iuramentum hoc id effecerit. Et experientia, ad quam prouocamus, loquitur rationes iuramento licet promissas haud confectas, multo minus redditas esse, sed matres, eas praesertim, quas

(b) vid. DISSERT. NO. *usufructu parentum in Hassia*
STRA PRAELIMINARIS de §. 32.

quas secundas nuptias contracturas esse, minus
 pròbabile videbatur, se officio suo functas ex-
 istimasse, si vice patris fingerentur et res libe-
 rorum suorum materno affectu moderarentur
 a fraude omni alienae. Vidimus matres ma-
 gno numero, qui tutrices constitutae tutelam
 praeclare gesserunt, filias elocarunt, filios studiis,
 vel alii vitae generi destinarent, et subsidiis ne-
 cessariis instruxerunt, quin, vbi hi sui iuris fa-
 cti fuerunt, eos materno affectu complexi sunt,
 et pro viribus res eorum adiunarunt, sed de
 rationibus reddendis ne cogitarunt quidem,
 nec liberis, nec superioribus hoc exigentibus.
 Neque hoc aliquoties forte factum: coniuente
 forsan magistratu, sed, vti credere fas est, fere
 semper, vsque dum id velut in perpetuam obser-
 uantiam conuerteretur, cui nouissimis demum
 annis obstrepere, vel contra niti coeptum est.
 Quo effectū, videbimus infra. Dum vero in eo
 sumus, vt res omnis clarius ob oculos ponatur,
 consideranda in primis rationum conficienda-
 rum ratio, quae negotium hoc reddit intrica-
 tum et saepe impossibile, quoties mater scribe-
 re nescia, vel calamo minus exercitata impedi-

N

tur

tur et tamen impensae quaeuis, etiam minutae, in rationes referendae et iustificandae sunt, ea quidem industria, ea circumspeditione, ut, si reddendae tandem sunt, neque in forma, neque in materia, defectu laborare inueniantur, nec mater, ubi se rem bene gessisse autumat, iacturam ipsa sentiat, si ad viuum omnia refecerentur atque calculus amarius exigatur, cui rite formando ne mares quidem semper pares sunt. Ipsa deinde rationum redditio res periculi plena, in qua vel exercitatissimi saepe haerent, et falli possunt. Hoc nihilominus onere se grauari matres passae sunt; constitutae tutrices praeuia praestatione iuramenti, sed huius quidem mox obliti maternam administrationem gesserunt more antiquo, non confectis, multo minus redditis rationibus, cum fructuario commodo; illo forte tantum pro forma opus esse ratae, ne aliis tutoribus opus esset. Quae quidem omnia admonuisse tanto magis necesse erat, quando magis interest indagasse, quem in sensum accipienda sit iuramenti formula, qua mater in Haffia promittit: *Dass sie von allen einnahmen und ausgaben auch andern deren handlungen*

handlungen zu IEDER und RECHTER Zeit Rechnung thun, Red una Bescheid geben wolle. Vbi interpretationem horum verborum feceris EX IVRE ROMANO, matri sane non incumbit rationum reddendarum necessitas, nisi *fruita tutela*; sin ex Recessibus Imperii, praesertim REFORMATIONE POLITICA de 1577 Tit. 32 quotannis. Atque illud quidem in Saxonia Electorali placuisse videtur CARPZOVIO, (a) quasi sufficeret matrem rationem reddere de ipsa substantia tantum, non de redditibus annuis: hoc autem eam difficultatem habet, quod formula, quae in legibus Imperii existat, concepta sit in tutores masculos, et neque verbis, neque intentione ad matrem pertineat, imo nec aliter, quam per interpretationem extensivam et quidem non nisi aegre huic possit applicari. Nobis ita videtur, a matre, vbi tutrix constituta fuit et rem bene gerere visa est superioribus, rationes nullas exactas, hinc nec redditas esse, ad hoc saltem illa promissione sua se obstrictam existimante, vt non reluctet, quoties desideretur, sed paratissima sit ad reddendas rationes

N 2

geltae

(a) CARPZOV Part. 11. Conf. XI. Def. 5 Num. 6.

gestae administrationis, saltem quoad substantiam: ita factum est, vt liberis ad maiorenitatem peruenientibus, nec se mouentibus, ex parte superiorum, vel magistratus factum sit idem, ita vero rem omnem permanisse in hoc statu.

§. XXXVIII

NEQVE DENIQVE VI) RESIDVI ET BONORVM
PUPILLARIVM FINITA TVTELA A MATRE
PROMISSA RESTITVTIO

Haud leuis momenti res videtur quoque, quod mater tutrix constituta iurato promittit, se *residuum* bonaque *pupillorum* fidei suae commissa, fide summa restitutura esse, germanico idiomate: *daß sie reliqua, und was dieser vormundschaft halber zu ibren haenden gelangget, treulich zahlen und liefern wolle cet.* (vide supra §. xxiii et xxv). Et quod *residui restitutionem* attinet, id quidem a rationum redditione pender, qua omissa, illa sane neque exigii, neque fieri legitime potest. Quod ergo in desideratis est, praeiudicia sunt, quae facta concernunt, vnde constare possit de exactione et secuta residui a matre hactenus restitutione, qualia

qualia si in apicum non producantur, (fore autem hoc ne credibile quidem est) fateri oportet, hic etiam iuramentum effectu destitutum esse. Quod ipsam *bonorum pupillarum* restitutionem concernit, illam, rationibus sollemniter redditis, publica que praesertim auctoritate, factam esse unquam, siue secundum inventarium, siue secundum iuratum specificationem, cum ingratissimis, summa licet diligentia inquisitum a nobis fuerit, nos ignorare fatemur. E contrario in facto saepissime contigisse nouimus etiam nostro hoc, quod degimus aeuo, matrem, quae constituta non fuit tutrix, aut constituta quidem fuit, sed rationes nunquam reddidit, expresso vel tacito pacto cum liberis sui iuris factis, conuenisse de certa redituum, vel pecuniae annuatim praestandae, quantitate, reliquis ad necessariam vitae sustentationem sibi reservatis.

§. XXXIX

AD DVBIVM A VI IVRAMENTI DESVMTVM RESPONDETVR

Itaque, ais, iuramentum a matre praestitum, adeo effectu omni destituitur, vt vi et

N 3

sanctitate

sanctitate eius susque deque habita in arbitrio matris positum sit, stare promissis secundum formulam, quam iuravit, velit, an vero eam negligere? Itane, pergis, apud vos peierant matres coniuventia magistratus, neque in crimen incidunt? Et saepissime fatemur, animum nostrum talis subiit cogitatio. Enimvero meminisse nos oportet, ea, quae fieri diximus hactenus, non in iure sed facto consistere, nec nostrum esse de eo iudicare. Quid factum sit, hactenus enarrauimus, non, quid fieri debuisset. In memoriam quoque venit, quod Vir quidam tam muneris ratione, quam meritis maxime conspicuus, sermone familiari olim plus semel nobiscum contulit: se iam pridem admonuisse, aut purgandam esse iuramenti formulam, aut, nisi aliud statuatur, fore, ut, quod factum erat, et factitatum, non sine iniustitia fieret porro. Quid ergo? Comparare nobis liceat iuramenti huius fata cum eo, quo studiosi, qui Wittembergae Albo Academico nomina daturi sunt, inter reliquas leges iurato promittere tenentur: *se absque pallio* in publico nunquam comparituros esse, cum tamen, mutata vestien-
di

di ratione, pallio hodie nullus incedat. Id cum male adeo haberet Rectorem, Virum piū et prudentem, vt in confessu patrum Academiae legem hanc matricula eximi suaderet, aliorum dissensu tamen hoc impeditum fuit, et studiosos formulam hanc ob antiquitatis venerationem porro oportuit iurare. (a) Iuratur ergo, nec tamen pallium gestari videas. Num studiosos illos mala mente peierare dixeris? Num viduas nostras?

§. XL

ATQVE IN HOC STATV RES TVTELARIS PERMANSIT IN HASSIA VSQVE AD ANNYM MDCCLI ET MDCCLIV

In his terminis res tutelarīs omnis hactenus substiterat, donec sub Regimine FRIDERICI I. Regis Sueciae, Hassiae Landgrauii de neglecta inuentariorum confectioe generatim agerentur querelae, eo, quod vbi tutela suscipienda, super communi hereditate lites orrae, vel de familia herciscunda ageretur, aut coniux superstes liberis relictis ad secunda vota transire in animum induxerit, inuentaria saepe deficere

(a) AVG., A. LEYSER *Voh. II. Spec. 137. Med. 1.*

itaque eaque poenali SANCTIONE de 26 Ianuarii cere, vel minus rite facta intelligerentur NOVA 1751 cautum est, vt ne horum quid in posterum intermitteretur. Potiora sanctionis capita exinde decerpta dedimus alibi. (a) Secutum est mandatum GVILIELMI VIII. de 29 April 1754. cuius copiam ibidem fecimus, (b) ex quo plus quam manifeste patet, inuentarii confectionem hactenus fuisse neglectam, nec tamen ordinatione hac speciatim matri iniunctam, sed eo demum casu, quando ad secunda vota transire constituit.

§. XLI

QVO TEMPORE NON SOLVM INVENTARII CON-
FECTIO A MATRE EXIGI SED ETIAM ANNUA
RATIONVM REDDITIO VRGERI COEPIT

Vtut memoratae sanctiones, quae tum prodire, matris speciatim mentionem nullam iniiciunt, nisi vbi ad secunda ipsa properet vota, haec tamen magistratibus sedisse videtur opinio, vtrumque illi incumbere, scilicet, vt tu-
rela

(a) DISSERT. NOSTRA 71 not. C.
PRÄLIMINAR. de usufructu (b) IBID.
parentum in Hassia §. 32 pag.

tela suscepta non solum inventarium conficiat, sed ea durante etiam annuatim rationes reddat, quod in alterius cuiusvis tutoris officio esse, nemo negat. Ita factum, vt cum circa haec tempora satis cederet Illustris tum in Regimine Castellano Consiliarius N. N. LAERS, viduam eius, quae liberorum tutrix iuramento praeuio constituta fuerat, ad inventarium conficiendum, atque rationes insuper quotannis reddendas adactam coram Commissario viderimus. Idem factum cum meritissimus in metropoli quondam Consul N. N. D'AVBIGNY vitam cum morte commutaret, et relicta vidua, etiamnum superstes, tutrix constitueretur; quandoquidem annuae ab ea coram commissione redditae rationes. Quae exempla in medium afferenda duximus, quia, quatenus notitia consequi potuimus, inter reliqua recentiora primum forte locum obtinent, et aliorum attentionem maxime in se conuerterunt. Sin anteriora forsitan his exemplis existant, et allegentur, minus tamen obstant, quandoquidem remissius vt plurimum actum cum viduis in hoc articulo.

§. XLII

QVOD SEVERIVS FACTVM MANDATIS NOVIS AB
ADVOCATIS FISCO ANNO MDCCLVII AD MA-
GISTRATVS INFERIORES DIRECTIS

Hactenus scilicet non desuerat antiqui
moris tenacitas, vt matres tutrices licet iura-
mento praeuio constitutae, tamen nec inuenta-
rium conficerent, nec ad rationes reddendas se
obstrictas existimarent, quin potius moribus
antiquis viuere et iure materno vti pergerent.
Itaque, vt obex tandem poneretur negligentiae:
praescriptus est modus, secundum quem omni-
um ordinum magistratus conficere iussi sunt PRO-
TOCOLLV M TUTE LARE, ac ductum TABELLAE,
quam vocant, annuatim exhibendum; quo his,
quibus eius rei cura incumbit, nosse detur, quot
numero et quinam adunt pupilli? num tutores il-
lis sint constituti et quinam? num rationes red-
ditae quotannis? et quae sunt alia. De quo insti-
tuto, vt iudicium cuique ferre sit integrum, sub-
iungere liceat litteras, quibus ADVOCATVS FISCO in
Hassia superiori PRAETORI VRBANO tunc temporis
iniunxit Protocolli confectionem et mandatum
principale

principale intimavit. (a) CASSELLIS et alibi in
 O 2 Hassia

(a) Copia Litterarum ADVOCATI FISCO MARBURGENSIS Illustris GAERTNERI, quibus PRAETORI VRBANO (dem Revisions-Rath und Oberschultzeissen von Hamm) intimatum est mandatum principis, cum iniuncto conficiendi PROTOCOLLI TUTELARIS secundum formam praescriptam

P. P. Nachdem beyliegende Tabelle Hochsten Orts vorgeschrieben, und dem Officio Fiscii zu dem ende communiciret worden, damit jeden Orts Obrigkeit darnach jaehrlich dem Officio Fiscii von der beschaffenheit jeglicher vormundschaft berichte erstatten, dieses aber bey erfindenden Gebrechen bernach sein Amt thun koennte; Als habe Euer Wohlgeb. solchane TABELLE communiciren, und vi Officii Fiscii begehren wollen, davein innerhalb 3 Monatzen alle in Dero Gerichtszwang gehoerige Vormundschaften einzutragen, mithin nicht nur jetzo zu Ende Junii, sondern auch kuenftig alle Jahr um solche Zeit solchane heurichtliche Vormundschaft-Tabelle mit accurater Waehrung

des Ab- und Zugangs an das Officium Fiscii ad monendum einzusehicken.

„ Und da man bey bishe-
 „ viger Landvisitation an de-
 „ nen mehesten Orten waehrge-
 „ nommen, das so lange nach
 „ Absterben eines Paters die
 „ Mutter nicht ad secunda Vota
 „ geschritten, an Berichtigung
 „ der Vormundschaft und Er-
 „ richtung eines legalen Inven-
 „ tarii nicht gedacht, sondern
 „ der Wittib so schlechterdings
 „ die Administration absque In-
 „ ventario, und ohne Rechnungs-
 „ Ablage gelassen worden, (En
 „ testimonium de eo, quod
 „ mos haecenus tulerat) dieser
 „ aber gegen die Rechte lauffet,
 „ (scilicet contra ius Romanum)
 „ gestalten bekanntlich die
 „ Mutter oder Groemutter zwar,
 „ wann sie will, Vormuendin
 „ werden kan, jedoch sowohl wie
 „ ein anderer Vormund verpflich-
 „ tet werden, und jaehrlich Re-
 „ chung ablegen, mithin ihr nur
 „ ein gemisses aus der Kinder Ver-
 „ moegen pro alimentatione obig-
 „ keitlich ausgeworffen werden
 „ muss

Hassia idem factum esse constat. Quin in REGIMINVM Collegiis eiusmodi protocolli conficiendi et exhibendi ratione eorum, qui iurisdictioni eorum immediate subsumt, imposita fuerit, pro certo affirmare licebit.

§. XLIII

SYCCESSIT NOVISSIMA FRIDERICI SECVNDI
CONSTITVTIO QVA RES OMNIS TVTELARIS
ORDINATVR ANNO MDCCLXVII

Promulgata posthaec noua sanctione, sub
rubro: ORDNVNG wie es mit den VORMVND-
SCHAFTEN

muß; weniger nicht auch man erfahren, daß verschiedener abwesender Personen Güter in der Freunde Haenden sind, ohne daß die Curatela absentium berichtigt ist; So werden Euer Wohlgeb. sich zu erkundigen haben, ob in Dero Gerichts-zwang etwa auch noch obavormundete Kinder nach Absterben der Väter vorhanden, dasgleichen, ob abwesender Personen Güter in der Freunde oder anderer Haenden seyn, wobei alle solche Personen, welche die Rechte bevormundet wissen wollen, annoch fordersumß Vormünder zu setzen, über das

Vermögen INVENTARIEN zu errichten, und sodann dieses ebenfalls in die Tabelle einzutragen haben, damit der auf die Wohlfart derer unermündigen, und sonstiger Pflegbedürffigen abwesenden hiechst Lande, väterliche Intention überall erreichen werde.

For mein particular verbarre mit besonderer Hochachtung Euer Wohlgeb.

Marburg
den 18ten Martii
1757

gegebenster
B. A. Gaertner

SCHAFTEN desgleichen mit der Aufsicht über die milden Stiftungen gehalten werden soll, de d. Geismar den 24ten Tag Julii 1767 communionem bonorum et pendentem inde vsumfructum saltem per indirectum abrogatum atque respectu tutelae maternae rem omnem ad principia iuris Romani redactam esse, videri poterit; quandoquidem paragrapho VIII cautum legitur: *Ob es sich auch nach Vorschrift der Reichsgesetze und der hiernach eingerichteten von aenen Vormünderen bey ihrer Bestellung abzuschwoerenden Eides-Formul von selbst versteht, daß die Vormundschafts-Rechnungen aljaehrlich abgelegt werden müssen; so ist jedoch nach der bisherigen Erfahrung nicht unbekant, wie wenig Vormünder sich dieser ihrer Pflicht und Obiegenheit erinnern und wird dabero allen und jeden Vormünderen bey zwanzig Rtblr. und respective Goldgulden auch nach Befinden einer gesaehrlichen Unterlassung haerterer Straffe hiemit ernstlich eingebunden, die Rechnungen aljaehrlich, und zwar das erstemahl nebst dem Inventario laengstens drey Monathe nach Ablauf jeden lahres obnsehlbar einzuliefern und*

O 3

terminum

terminum zur Abnahme zu extrahiren. Enimvero dubitari tamen his non obstantibus non sine ratione potest, num hactenus omne ius, quod mater cum legibus, tum moribus iure optimo sibi vindicare poterat, deliberata voluntate sublatum, eidemque ademptum sit? neque enim lex vlla sine Imperii, sine Hassiaca, matris mentionem iniicit, et quae de tutoribus, eorumque officio sancita sunt, de testamentariis, legitimis, vel dativis masculis loquuntur, quae vero anno 1751 et 1754 apud nos sancita sunt, eum saltem casum, quo mater ad secunda vota transire constituit, manifeste respiciunt, ut adeo, nisi aliud quid obstat, hi, qui fundamenta iuris materni et rei tutelaris in Hassia rationes penitius scrutantur, his quidem rationibus aegre se moveri passuros esse arbitremur.

§. XLIV

CONSTITVTIONE HAC DVBIA OMNIA RATIONE
IVRIS MATERNI ATQVE TVTELAE MATERNAE
SVBLATA NON ESSE QVOD PROBATVR I) IN-
TERPRETATIONE CONCIPIENTIS

Quae in rubro paragraphi asserimus, fundamento non destituuntur. Caue itaque, tibi persuadeas

persuadeas, ex Constitutione hac et aliis momentis pro rationibus dubitandi haectenus allatis in praecudicium iuris materni aliquid effici posse. Pronocare nobis liceat ad ea, quae in DISERTATIONE PRAELIMINARI de usufructu parentum in Hassia, speciatim materno cet. anno 1770 sub praesidio nostro habita, ex instituto diximus. Adgressi tum sumus argumenti huius illustrationem, animo iam pridem agitatam, suafore inprimis Academiae nostrae, post fata nobis venerando, Curatore L. H. L. G. DE CANNGIESSER, qui, ineptae mixturae iuris Romani et Germanici probe gnarus, litteris Cassellis die 8uo Septembris 1767 ad me datis, hortatus est, ne propositum dimitterem. Quae quidem a nobis hoc loco referri nemo vitio verterit, qui animo reuoluerit memoratam supra constitutionem de re tutelari aliquot mensibus citius tum iam fuisse promulgatam, summum autem hunc, quem laudauimus, Virum, qui eam conceperat, pro auctore esse, nec tamen difficultates, quibus ius circa tutelam maternam constitutum adhuc dum premeretur, dissimulasse. Quod ipsum sicut nosse nostratum

tium interest, ita hoc etiam omnes, qui iudicium sibi desuper sumunt, ignorare nolim, Virum summum Dissertationem illam nostram praeliminarem, anno 1770 habitam, qua inter alia argumentum de CONSTITVTIONE TVTELARI desumptum, reieceramus, non solum fauente iudicio excepisse, sed etiam litteris humanissimis sub dato CASSELL den 7 Aug. 1770 rescripisse: *Darf ich indessen dabey etwas erinnern, so ist es dieses, daß ich darin sehr gut erwiesen finde, daß die COMMVNIO BONORVM, und der daraus hergeleitete VSVSERVCTVS PATERNVS et MATERNVS NIEMAHLEN IN HESSEN ABGESCHAFFT worden. Ich muß aber gestehen, daß ich dieses noch nicht vor hinlaenglich erwiesen gefunden, daß dieses VNIVERSALITER bey uns zumahlen in ansehung der HONORATIONVM iuris et obseruantiae gewesen cet.* Dubia vero, quae sibi ratione honorationum haesisse memorat Vir Excellentissimus, ex supra dictis euanescent et sequenti dissertatione diluentur pluribus.

(10) §. XLV

II) PROTOCOLLIS VISITATIONIS ADVOCATI
FISCI CASSELLANI EAQVE OCCASIONE SE-
CVTIS RESOLVTIONIBVS CONSILII
SANCTIORIS

Maximi momenti erit, hoc loco commemorasse, quid occasione VISITATIONIS annuae, ab Aduocatis Fisci instituendae et per inferiorem Hassiam in Praefecturis HOMBERGENSI, MILSVNGENSI ET BISCHHAUSENSI ANNO 1770 institutae ratione rei tutelarum actum sit in Hassia. *EXTRACTVS protocolloꝝ Fiscalium* et quae secutae sunt RESOLVTIONES CONSILII SANCTIORIS, quarum copiam legitimo modo nacti sumus, eum in finem communicare licebit cum publico, vt intelligatur, quanta tenacitate viduae apud nos insistant moribus maiorum et constitutionem, inuentarii confectionem atque rationum redditionem declinent. Damus eum in finem *Extractum PROTOCOLLI FISCALIS*, quod concernit statum rei tutelarum in vrbe et praefectura HOMBERGENSI (a) et quae secuta est

P

SAN-

(a) *EXTRACT des vom BERG abgehaltenen Visitations-Hoff-Gerichts Rath RICHTER Protocolli über Stadt und Amt HOM-*

ad

SANCTIORIS CONSILII resolutionem, (b)
ITACONVA ZIMONTATIEV ZINOC
Protocollum

ad Nr. 8.

Bei Einföhung des Amts-Vormundschafts Protocoll funde sich, daß, wann die Mütter „zu Vormünderinnen bestellet worden solche gemeinlichkeits Rechnung ablegen und schätzen die Beamten deshalb die Observantz vor, auch sey gemeinlich deyer Unmündigen Vermögen so geringe, daß die jaehrliche Revenuen zu ihrer Sultentation nicht anreichend waeren.

Weil aber in anliegendem Regierungs-Rescripte sub D. so wegen der Adel, Scholleyschen Iustitarius Hoffmanns eingeschickten Vormundschafts-Tabelle an das Offizium Fisci ergangen, diese Einwürfe rejicirt worden, so würde solches Rescript denen biesigen Beamten zu ihrer Abtug communicirt.

ad N. 9.

Die Vormundschafts-Tabelle bey der Stadt ist zwar verbunden, aber seit der Verordnung noch niemahlen an Fürstliche Regierung eingeschickt.

Der Stadt-Actuarius Bauer, welchem solches hauptsächlich obliegt, entschuldigte sich, daß die Rechnungen de Ao 1769 wo-

gen anderer Arbeit und sonderlich der Untersuchung der Stadt-Liquidation nicht abgeboeret worden, und dieses die Ursache sey, warum auch die Tabelle nicht eingeschickt worden.

Wannhero dem Burgermeister und ihm mit Vorbehalt rechtlicher Abndung aufgegeben wurde, die Rechnungen de Ao 1769 abzuboeren und die Tabellen einzuschicken.

Da sich auch hierbey fund, daß die Mütter, wann sie Vormünderinnen geworden, keine Rechnungen ablegen, so wurde ebenfalls befohlen, daß solches künfftig hin gezehehen solle.

(b) EXTRACT GEHEIMEN
RATHS PROTOCOLLI d. d.
Cassell den 28ten Decembris
1770.

Die vom Hof-Gerichts-Rath
RICHTER über Stadt und Amt
HOMBERG gebilte Visitation
bey.

Ref. ad 8 et 9) Zur Regie-
rung zum Gutachten, ob nicht
„nach der Observantz und dem
„bier in Hessen von je bey übli-
„chen Teutschen Rechten die Mus-
ter

protocollum item MELSVNGENSE cum resolutione, (c) tandem etiam protocollum

P 2

BISCH-

„ter in den väterlichen Gütern
 „sitzen bleibe und daraus ihren
 „Unterhalt genieße, auch die Kin-
 „der erziehe, ohne sich zur Vor-
 „münderin bestellen zu lassen, ein
 „Inventoryum zu verfertigen und
 „Rechnung abzulegen, indem
 „selbst noch nach den jüngeren
 „Verordnungen vom 26ten Ja-
 „nuarii 1751 und 29ten Apr.
 „1754, nur dem Ehegatten der ad
 „secunda vota schreitet, ein In-
 „ventarium abgefordert wird,
 „mitbin die Bestellung der Mut-
 „ter zur Vormünderin und Aus-
 „fertigung eines Tutorii oder Cu-
 „ratorii zu Ersparung unnoethi-
 „ger Kosten den BISHERRIGEN GE-
 „WOHNHEITS-RECHTEN nach wohl
 „unterbleiben koenne, besonders
 „aber auch, ob nicht in Laellen,
 „wo das väterliche Vermögen
 „den noethigen Unterhalt der Kin-
 „der nicht abwirft, und die Mut-
 „ter selbige aus dem ibigen mit
 „erziehen helfen muß, die Auf-
 „stellung und jährliche Ab-
 „hoerung einer Vormundschafts-
 „Rechnung billig cessive und ge-
 „nung sey, wann mit Zuziehung
 „der nachsten Freunde, ein vor

„ allemahl vestgestellt worden, was
 „ die Kinder nach erlangter Ma-
 „ jorennitäet an väterlichen Ver-
 „ möegen zu erwarten haben sol-
 „ len, wie solches inn- und außser-
 „ halb Hessen bey Bauern und Bau-
 „ er Gütern noch jetzo üblich ist,
 „ und man man dem auf die
 „ Bauern in diesem Stück gar
 „ nicht passenden Roemischen Recht
 „ hievunter schlechterdings nach-
 „ geben wolte, daraus folgen wür-
 „ de, daß man eine Gewohnheit
 „ ABSCHAFFEN müßte, welche an sich
 „ BILLIG ist, und die sich bis anbar
 „ ERHALTEN hat, der aber auch da-
 „ her das Roemische Recht billig
 „ nachstehen muß, welches aller
 „ die Regierung im Erwägung zu
 „ ziehen, und wie allem künftigen
 „ Anstos der Beamten hievunter
 „ am besten durch eine Verord-
 „ nung vorgebeuet werden koen-
 „ ne, an Hand zu geben hat.

(c) EXTRACT des vom Hoff-
 Gerichts Rath RICHTER über
 Stadt und Amts MELSVNGEN
 abgehaltenen Visitations-Pro-
 tocoll

6.

BISCHHVSANVM (d) iuncta resolutione dor-
fo

6

Funde sich zwar bey dem Amte das Vormundschafts-Protocoll, allein es war nicht Ordnungsmässig eingerichtet, auch nicht dem 11ten §. der letzten Verordnung vom 2ten Julii 1767 gemäß an Fürstliche Regierung eingeschickt. Nur zeigte zwar der Amtschultzeiß Mergel ein Regierungs-Rescript vom 18ten Junii 1769 vermöge dessen ihm eine 4 wöchige Frist hierzu verstatet worden. Da aber solche längst verfloßen, so entschuldigte er sich weiter, wie er wegen unbekannter außerordntlicher Geschehnisse die Ordnungsmässige Einrichtung dieses Protocolls nicht vornehmen konnten.

Jedoch zeigte er durch unterschiedene Tabellen, daß er den Anfang davon gemacht.

Bev Durchgebung nun dieses und des Stadt-Vormundschafts-Protocolls funde sich, daß fast „en general, wann die Mutter zur Vormünderin bestellt worden und nicht wieder gebeyrathet, selbige weder ein Inventarium errichtet, noch Rechnung

„abgeleget und führeten der Amtschultzeiß Mergel auch Bürgermeister und Rath dieserhalb an: Wie solches hier NICHT ÜBERLICH sey, auch allezeit von „denen Müttern so viele Vorstellungen deswegen gescheh n.

Da aber nicht allein die gemeinen Rechte in diesem Falle erfordern, daß ein Inventarium errichtet und Rechnung abgeleget werden muß, sondern auch nach einem unterm 25ten May 1755 und einem unterm 5ten April 1768, wegen derer in den Adelic Riedesel- und Scholleyschen Gerichten pendenten Vormundschaften an das Officium sibi ergangenen Regierungs-Rescriptis die Errichtung des Inventarii überall verfügt, und die Ablegung der Rechnung unter keinem pretext cessiren soll:

Als n wurde dem Beamten auch Bürgermeister und Rath vorläufig solches bekannt gemacht und ihnen injungiret künfftig überall das Inventarium zu errichten, und die Mutter zu Ablegung der Vormundschafts-Rechnung alle Jahr anzubalten, auch

so inscripta. Quod praeterea exinde elucet,
 P 3 confide-

auch solches so viel möglich, noch von denen verfloßenen Jahren nachzubuhlen.

Auch stehet aufer diesem noch viele Vormundschafts - Rechnungen unabgehart zurück, weswegen der Amtschaltbus Mergel sich entschuldigte, wie Er bey Antritt seiner Bedienung einen so großen Vorrath davon vorgefunden, daß er bis dato ohnmöglich damit durchkommen können; jedoch zeigte er durch ein von ihm verfertigt's Repertorium über Vormundschafts-Contributions - und Gemeinds-Rechnungen, daß Er schon einen zu antlichen Theil derer Vormundschafts Rechnungen abgehoret und wurde ihm vorläufig aufgelegt, den gantzen Rückstand binnen halben Jahrestritt annoch abzuharen.

Extrakte Geheimen Rath's Protocolli d. d. Cassell den 28ten Decembris 1770.

Ref. Dienet zur Nachricht, und soll, in wie weit bey Mütterlichen Vormundschaften ohne Unterschied jährliche Rechnungen abzulegen seyen oder nicht, demnachst Resolution erfolgen,

wes Endes dieses zur Regierung zu dem in Ansehung des Amtes Homburg es forderien rechtlichen Gutachten abzugeben ist.

p. Cassell bey Fürstl. Regierung den 10ten Ianuarii 1771.

(d) EXTRACT des vom Hof-Gerichts Rath RICHTER im Amt BISCHHAUSEN abgehaltenen Visitations-Protocolli.

V.

Sind die Vormundschafts-Designationes noch niemalen an Hochfürstl. Regierung eingeschickt. Der Amtmann Kleinhaus führte deswegen an, wie noch unterschiedene Rechnungen zurück waren, die Er noch nicht abgehoret. Dierhalb sowohl als wegen der Commission's Geschäfte und des Liquidationswesens von denen Rechnungen sey diese Einschickung unterlassen worden.

Er wolle langstens binnen 14 Tagen die Rechnungen abharen und die Tabellen einschicken.

Weil man nun hierbey auch wahrnahm, daß verschiedentlich, sonderlich wann die Mutter des Urmündigen Vermögen administrirte

consideratio est, qua summi viri, qui rebus praesunt, rem omnem tutelarem, pro eo, quo tunc erat, et in quo nunc est, statu, intuiti sunt. Nosse iuuabit omnes, qui ius certum in patria vigere in votis habent, REGIMEN Illustre CASSELLANVM RELATIONE CUM VOTO ad PRINCIPEM, cuius nobis etiam indulta est copia, sub acto CASSELL den 3ten April 1771 suo functum esse officio, mox vero per EXTRACTVM GEHEIMEN RATHS PROTOCOLLI de dato Cassell den 12ten April 1771 intecutum esse resolutam

57) *Regierungs Unterthaenigstes Gutachten die Einrichtung der mütterlichen Vormundschaften betreffend.*

Resol. Dienet zur Nachricht.

Qui

„ministrirte, keine Rechnung ab-
„gelaget worden; so wurde dem-
„selben das anliegende an das Of-
„ficium Fisci diesen Fall betref-
„fende Hochfürstl. Regierungs-
„Rescript zu seiner Nachricht und
„Achtung bekannt gemacht.

Extracte Geheimen Raths Pro-
tocolli d. d. Cassell den 28ten De-
cembris 1770.

Resol. ad V.) Dienet zur
„Nachricht, und soll, wie weit
„eine Mutter Rechnung abzulegen
„habe oder nicht, demnachst Re-
„solutio erfolgen: Wes Endes
dieses zur Regierung zu dem
wegen des Amts Homberg er-
forderten Gutachten abzugeben
ist.

ps. Cassell bey Fürstl. Regie-
rung den 10ten Ian. 1771.

Qui Resolutione hac nihil decisum esse videntur, profecto non falluntur; quid vero futurum sit, quam primum sanctione specialiori iura circa tutelam maternam determinata fuerint, expectandum. Interim abolitos hactenus non esse patrios mores, omnes fatebuntur.

§. XLVI

COLLEGIA REGIMINVM INTERIM SEQUVNTVR
PRAXIN NOVISSIMAM INSTITVTIS MAIORVM
NON CONVENIENTEM

Quae cum ita sint, ne quis miretur, REGIMINVM Collegia, et quae illis subordinata sunt, OFFICIA FISCO hactenus procedere secundum normam, quam formula iuramenti a matre praestandi praescribit et observantia a multis annis casu auctoritatem habita est, quamvis serius obsequium paratum. Constituuntur ergo matres, si voluerint, tutrices, iuramentum praestant, rationes conficiunt atque nolentes volentes reddunt, nulla habita ratione usufructus. Inferiorem HASSIAM quod attinet, hoc comprobare licebit exemplo eorum, quae in Praefectura NEOCVRIENSI (*Amt Neukirchen*) evenisse comperimus. Cum scilicet Praefectus
loci

CI N. N. BAEHR, Vir mihi a prima iuuentute cognitus et carus, meus etiam per annos complures quondam auditor, sub dato den 21 May 1776 Regimini pro officii ratione exhibuisset designationem pupillorum, cum eorum, qui Regiminis iurisdictioni immediate suberant, tum aliorum sibi subiectis, atque relatione significasset, designatas a se matres viduas tutela liberorum ipsas fungi velle, ab illustri REGIMINE rescriptum, vt illas quidem vigore commissionis, has vero pro officii ratione ipse constitueret, atque iuramento obstringeret, rationes vero annuatim exigeret. Mandato is satisfacturus viduas comparere iussit, atque promissione praeuia secundum formulam laxiorem (*Daß sie vom geführten hausbalt auf erfordern rechnung thun wollen*) stipulata manu facta illas obstrinxit. Qua de re cum retulisset illustre REGIMEN rescripto nouo de dato *Cassell den 12ten Sept. 1776* mandauit, vt matres iuramentum praestare iuberet iuxta formulam, in Regimine receptam, qualem supra in medium adduximus. In superiori HASSIA praxi idem seruari hactenus, est certissimum. In eo saltem remitti videtur

CONDITIONE VSVSFR. MAT. IN HASS. CRT. 121

detur utrobique a rigore hoc, ut, si vel tenuiores, vel non adeo amplae sint pupilli facultates, necessitas reddendi rationes remittatur; omnibus interea sanctionem, qua res omnis terminetur, et sperantibus et expectantibus.

§. XLVII

VNDE DE FATIS STATV ET CONDITIONE HODI-
ERNA VSVSFRVCTVS MATERNI IN HASSIA
FACILIVS IVDICARE

Ex his, quae haecenus pluribus deduximus, vnusquisque non solum intelliget, quae haecenus fuerint fata vsusfructus materni in Hassia, sed etiam quis status et quae conditio eiusdem nunc sit. Nimirum, quod ab antiquo et per medium aeuum inconcussum steterat maiorum nostrorum institutum, ut mater post obitum mariti fungeretur tutela naturali liberorum suorum, hac vero ratione bona administraret, liberos aleret, educaret, sustentaret atque elocaret instar capitis familiae; idem illud, postquam Hassia recentius aeuum attigit, per seculum et quod excurrit, illibatum quidem pariter persistit in suo vigore, quum sequioribus epochis, in medio torrenti iuris Romani Germaniam et Hassiam inundantis, maxima ex

Q

parte

parte firmo stare perrexit talo: verum tamen hoc expertum est fatum, vt, cum sensim atque sensim inualescerent principia iuris Romani, matres, non sine periculo iacturae iuris materni Germanici, a magistratu constitui coeperint tutrices iurè Romano, quod vsumfructum ignorat. Ita factum est, vt ius hoc maternum in periculosum venerit discrimen. Sed vt sunt Hassi nostri tenacissimi morum et institutorum patriorum, de statu se praetextu iuris Romani deici non sunt passae matres, sed tutrices licet constitutae et iuramento licet secundum formulam praescriptam praeslito, tamen a rationibus se immunes existimantes, rationes nullas reddiderunt, silentibus taciteque hoc approbantibus superioribus. Cum vero nouissima hac epocha, scilicet post annum 1751 et 1754, rationum redditio seuerius exigi coepisset, eaque constitutione nouissima de 1767 sub poena exigeretur a tutoribus, factum est, vt ratione matris etiam, quamuis lex sileat, hoc tractum fuerit in consequentiam, fatentibus interim his, qui summae rerum tum praecerant, ipsoque beato DE CANNIESER, communionem bonorum et deriuatum inde vsumfructum maternum

num

num hoc ipso in Hassia non esse abrogatum, sed ulteriori disquisitione opus esse, quid statuendum sit. Superstitem itaque habemus vsumfructum maternum, telis quidem ex iure Romano, velut e pharetra tractis, impetitum et lacessitum, sed non percussum nec interitu totali sublatum.

§. XLVIII.

QVAM PERTVRBATIO EIUS RATIONIBVS PARARE MEDICINAM

Causam mali et perturbationis latere in iuris patrii et Romani inepta mixtura, ex hactenus deductis liquet. Nimirum, ut omnia in summam redigamus, toto coelo a se inuicem differunt patriae potestatis Romanae et potestatis parentalis Germanicae iura. Apud Romanos pater in liberos potestate gaudebat, mater nulla. Illa patri concessa potestas talis erat, ut nullos alios homines eam in liberos habere, Imperator gloriatur. Hinc illo mortuo, liberos, ceu pupillos, tutorem accipere oportebat, cuius munere mater fungi propter sexum non poterat. Vnde nec administratione et multo minus fructuario commodo gaudebat. Tandem et ipsa admissa, legitimisque omnibus praelata est,

Q 2

sed

sed ita, vt instar cuiusuis tutoris finita tutela rationes redderet. Et fieri hoc absque omni iuris perturbatione facile poterat Romae. In Germania e contrario liberi tam patris, quam matris potestati suberant, licet haec illam Romanam haud aequaret, post obitum patris vero non fiebant pupilli, cum matre superstite in eius potestate remanerent, hinc vero nec orbi viderentur. Itaque nec tutores accipiebant more Romano, nec mater, velut tutrix legitima Romana suscipiebat tutelam illam ciuilem, cum tutrix esse non posset propter sexum, naturaliter autem et iure Germanico talis esset vi potestatis, quae matri plus commodi afferebat, quam tutela illa Romana. Nam et administratione bonorum gaudebat, et iure potestatis parentalis atque communionis fructuario commodo potiebatur, licet cum onere alendi et educandi. Tutores aderant vel legitimi, vel his deficientibus datiu, et quidem non in sensu iuris Romani, sed moribus patriae conformiter, eorum negotiorum et actuum gratia, qui non nisi a masculis expediri poterant, salua tutela illa matris naturali et saluo fructuario commodo. Iidem matris viduae tutores, quibus carere hactenus propter sexum non poterat. Sed quae
rerum

rerum conturbatio atque conuersio? Mater ipsa coepit admitti ad tutelam liberorum more Romano, ipsa vero nihilominus administrare perrexit bona paterna, non iure tutricis Romanae, sed more Germanorum, cum fructuario commo- do, nullis admissis, vel constitutis tutoribus masculis in sensu Germanici iuris: nullis etiam redditis rationibus, quod tamen, si res ex principiis iuris Romani aestimanda fuisset, fieri oportuisset, saltem finita tutela. Tandem obliti maiores nostri antiquorum patriae morum, praefertim communionis bonorum, serius a matre vidua exigere coeperunt omnia, quae exigit ius Romanum, etiam rationum redditionem annuam, illis licet reluctantibus, donec nouissime, aequa an iniqua? non dicam, obseruantia res deuenit in eum statum, in quo nunc est. Quid ergo? Mater ita per indirectum fere excidit fructuario commo- do, implicatur onere conficiendarum et reddendarum rationum etiam de re- ditibus, et quod magis est administratione potitur non velut mater ipso iure, sed iure tutoris constituti cuiusuis. Iam in medelam tanti mali afferant, qui in causa sunt, maiorum nostrorum manes, quod possit sufficere. Colliduntur diuersorum iu-

Q 3

rium

rium principia, quae coniunctim sine contradictione stare non possunt. Vbi enim praeualere iubeas merum ius Romanum et iura Receptuum Imperii, quae de reliquis tutoribus loquuntur, extenderis ad matrem, id sane fieri non poterit sine dispendio iuris pinguissimi, quo mater vidua hactenus gauisa fuerat moribus patriae nunquam abrogatis. Premet insuper matrem necessitas conficiendi libros rationum. Sin concedere malueris matri ius pristinum, vix tamen est, vt eo potiatur, nisi tutoribus masculis secundum iuris Germanici principia simul admittis. Sed tu, ais, immemor eorum, quae supra tibi stabiluisse videris, non perpendis, rationes, cur olim tutoribus masculis opus fuerit, hodie cessare, adeoque matrem solam tutelae gerendae sufficere. Cessant, fateor, quam plurimae, sed non cessat imbecillitas sexus, neque cum ea coniuncta etiam consilii inopia in rebus agendis et causis praesertim arduis, quibus mulieres pares non dixeris. Possunt, inquis, peritiores consulere. Consulant licet. Res vt plurimum est non sine periculo et difficultate. Multum praeterea interest, paruae an magnae pupillorum facultates? Teneriori amore liberos complectatur mater, an minus? Natura sagaci-
or

or ipsa sit et rei familiaris attentior, an parum prouida et negligentior? Pupillis infantibus prospiciendum sit, an adultioribus annis? et quae sunt alia. Tandem disquirendum, an vsusfructus maternus, si matri non comperat, qua tutrici, more Romano constitutae, eidem nihilofecius debeat iure communionis? quae, saltem quoad adhaerentem, nequaquam euanuit: sed nouissima sanctione incidit in quandam anomalam. Quam num tollere praestet et communionem pristinae restituere simplicitati, qua maiores nostri per tot retro secula vixerunt, an vero hoc etiam in instituto patrii iuris principiis complicatius innectere fas sit ius peregrinum, perspicaciores definiant.

§. XLIX

VT VERO CERTVM IVS STATVATVR COMMVNE
OMNIVM ESSE VOTVM

Tuum nunc est iudicare de statu vsusfructus materni in Hassia, et qua demum ratione de medio possint tolli difficultates, quibus premimur. Qui ex obseruantia nouissima rem omnem aestimandam censent, iuris Romani principii insistent atque Recessibus Imperii, male applicatis, nituntur. Hi vero quam inepti sint, quando sic quidem omnia plana et expedita esse

se

se putant, et vbi vltior disquisitio instituitur, fluctus in simpulo excitari vano praeiudicio persuasum habent, aliorum, quos superiores veneramus, iudicio, iam pridem nouimus: memores interim illius CELSI: *Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet l. 39 ff. de legib.* Quod ergo commune est cordatiorum votum, eo redit, vt tandem constituatur ius certum, atque ita res tutelaris in hoc argumento ordinetur, vt tam matri, quam pupillis prospectum sit.

§. L

CONCLUSIO

Habes, Lector, quae in argumento arduo in medium proferenda duximus, non, vt quid aequius melius sit, nostra opinione definiamus, sed vt origo confusionis et incertitudinis, in quam incidimus, omnibus manifesta fiat. Proximum est, vt exponamus *de usufructu materno in Hassia pro diuersitate status et conditionis, quibus homines distinguuntur, bonorum item atque locorum, nec non de modis, quibus finitur atque de causis eiusdem exclusiuis.* De quibus a deo proxime.

TANTVM.

RESPON.

RESPONDENTI OPTIMO
CANDIDATO DOCTISSIMO

s.

*Si vel nihil in causa esset, ut Te diligerem, praeter arctius, quo coniuncti sumus, agnati-
onis vinculum, tamen, etiamsi propinquitate
nulla me attingeres, defuturae mihi non fu-
issent rationes, quae facilius me mouerint,
ut Te omni amore complecterer. Natum enim
postquam TE vidi amicis et optimis, quos sus-
picio, PARENTIBVS, succrescens mox ante o-
culos mihi versatus es, velut bonae spei puer.
Diligentia porro, cuius laude inter condisci-
pulos floruisti, hoc consecutus es, ut Gymna-
sio nostro et Praeceptoribus eius, quibus Te mul-
tum debere non diffiteris, bene eruditus, tum
valedicere potueris. Tandem ad Professorum
subsellia promotus, omni cura in hoc incubui-
sti, ut Iurisprudentiam, cui dicatus eras,
principali*

——*

principali studio excoleres. Fecisti hoc eo successu, ut non tantum proficeres, sed etiam spem excitares puicberrimam, fore, ut spartam, quamcunque Tibi diuina prouidentia decreuerit, cum laude aliquando ornare possis. Ita mihi, ita Collegis meis honoratissimis semper visum est. Quo ipso fit, ut dum specimen aliquod publice edere apud animum constituisti, Te auditorem meum per tot annos diligentissimum non sine voluptate in cathedram deducere possim, magis laetaturus, ubi talem Te praestiteris, cui consensu Illustris Ictorum Ordinis, mea auctoritate, possit concedi Licentia, quando-cunque libuerit, adspirandi ad summos in vtroque iure honores. De euentu prospero securus, nunc quidem TIBI, venerandisque PARENTIBVS TVIS, ex animo gratulor Academicos, qui in Te conferentur, honores atque valere Te resque Tuas porro agere feliciter iubeo. Dabam Marburgi die 22 Aprilis A. C. MDCCLXXVIII.

CORRIGENDA

CORRIGENDA

Pag. 1 l. 8 post verb. NOVISSIMAM adde: PRAESERTIM;
pag. 1 l. 11 pro Eam lege: Ea; pro potestatem lege: potestas,
l. 14 pro vigit leg. vigerit; p. 16 l. ult. del. non; p. 29 l. 10
del. in; l. 12 pro induatur leg. inducatur; p. 32 l. 17 pro per-
lato leg. perlatum; p. 34 l. 15 pro mobilium leg. immobilium;
l. 5 pro Accidit leg. Accedit; p. 40 l. penult. pro restringere
leg. restringi; p. 48 l. 17 post nos add. non; p. 54 not. (b) l.
9 pro mobilibus leg. immobilibus; p. 56 l. 16 pro SAEL leg.
SAEL; p. 67 l. 2 pro formula leg. formulae, l. 10 pro ICTO leg.
SCIO; p. 84 l. penult. et ult. pro speosa leg. speciosa; p. 87 l. 14
pro soli leg. solae; p. 88 l. 9 ante reddiderint pon. rationes; p.
90 l. 1 pro mater leg. matri; p. 93 l. 3 pro reformationis leg.
Reformationi; p. 94 l. 11 pro mos leg. morem; p. 97 l. 6 pro
qui leg. quae; p. 98 l. 21 pro quando leg. quanto; p. 104 l. 1
del. , et l. 2 post verb. NOVA add. eaque poensali sanctione de
26 Ianuarii; p. 108 l. 5 post verb. fuerit add. necessitas; p.
112 l. 5 pro de leg. ex.

Reliqua, quae irrepperunt menda, B. L. pro humanitate
 sua facile corrigeret.





X2338853

ULB Halle 3
007 362 676



VD 7 P





P. 30. num. 27.

1798.1.

8/1

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
FATIS
STATV ET CONDITONE
VSVSERVCTVS MATERNI
IN HASSIA

PER
NOVISSIMAM PRAESERTIM HANC AEVI RECENTIORIS EPOCHAM
AD HAEC VSQVE TEMPORA

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO
DNO FRIDERICO II
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQA

PRaeside
D. AEM. LVD. HOMBERGK ZV VACH
SERENISSIMO IN REGIMINE AB INTIMIS VTRIQVE CELSISSIMAE
DOMVI HASSIACAE IN IVDICIO AVLICO A CONSILIIIS
IVRIS PROFESSORE PRIMARIO

AD DIEM XXX APRILIS ANNO MDCCLXXVIII
PRO LICENTIA

SVMPOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQVENDI

H. L. Q. C.

ILLVSTRIVM ACADEMIAE PROCERVVM EXAMINI
SVEMITTIT

CHRISTIAN. HENR. GVIL. HOMBERGK ZV VACH
MARBVRGENSIS

MARBVRGI CATTORVM

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA

